

ARTICULUS LXIII

DE TRIBUS GENERIBUS RELATIONUM COMMUNIORUM

Sequitur de tribus generibus relationum communiorum. Et primo in
comparatione ad alia genera relationum quae sunt in potentiis et in
5 mensuris; secundo in comparatione ipsarum inter se; tertio in compara-
tione ipsarum ad sua principia. Circa primum quaeruntur tria, quorum
primum est utrum habitudo communiorum relationum differat ab aliis in
aliis duobus generibus relationum; secundum utrum differant ab illis
secundum rem vel secundum rationem; tertium utrum ab illis distin-
10 quantur secundum genus aut speciem. |

B" 124^{rb}
E' 127^{vb}
I' 332^{rb}
K" 147^{rb}
Q 107^{vb}
S' 244^{ra}
Bad. 194^{rn}
Scarp. 169a

Bad. 194^{ro}

<QUAESTIO 1

UTRUM HABITUDO COMMUNIORUM RELATIONUM DIFFERAT AB ALIIS IN ALIIS DUOBUS GENERIBUS RELATIONUM>

Circa primum arguitur primo quod relationes communes non
5 differant ab illis quae sunt in potentiis sic: in activis et passivis secun-
dum potentiam activam et passivam non referuntur aliqua inter se nisi
quia forma et dispositio agentis communicata est passo per actionem
unius et passionem alterius, puta calefaciens non refertur ad calefactum
per potentiam activam et passivam nisi quia passo communicata sit
10 forma caloris quae fuit in agente; similiter generans non refertur ad
generatum nisi quia generato communicata est forma generantis; sed ex
hoc quod calefacto communicata est forma caloris, non referuntur
calefaciens et | calefactum nisi secundum similitudinem; ex hoc vero
quod | genito communicata est forma substantialis generantis, non
15 refertur generans ad generatum nisi secundum identitatem aut similitu-
dinem essentialem; non est ergo aliud referri per potentias activas et
passivas quam per identitatem et similitudinem; ergo etc.

B" 124^{va}
Scarp. 1169b

Similiter quod communes relationes etiam non differant ab illis
quae sunt in mensuris arguitur sic: relatio per actum mensurandi non est
20 nisi inter mensuram et mensuratum, sicut relatio per actum calefaciendi
non est nisi inter calefaciens et calefactum; sed inter eadem aequalia et
similia non est relatio nisi per actum mensurandi quia non dicuntur
aliqua eadem nisi quia mensurantur uno in substantia, nec aequalia nisi
quia mensurantur uno in quantitate, nec similia nisi quia mensurantur

- Scarp. 1170a uno in qualitate et e contra non dicuntur aliqua diversa, inaequalia | aut 25
dissimilia nisi quia mensurantur multo, ut infra patebit; ergo etc.
In contrarium est PHILOSOPHUS in V^o Metaphysicae, ut
Bad. 194^r tactum est supra, et consequenter amplius exponetur; ergo etc. |

<SOLUTIO>

- Supposito ex iam declaratis quod sint aliquae relationes commu- 30
K^m 147^{va} nes, et cum hoc etiam | supposito quod sint aliae relationes non com-
munes, dico quod ex his duobus sequitur quod sunt diversae inter se.
Sunt enim diversae in eo quod sunt plures, quia ex quo sunt plures non
sunt eadem, quia idem sequitur ad unum, ut infra dicitur. «*Diversum*
I^r 332^{va} autem sive aliud *et idem* dicuntur | *secundum* oppositionem *in situ*», ut dicit 35
PHILOSOPHUS X^o Metaphysicae, et hoc ideo ut dicit COMMENTA-
TOR ibidem: «*quia cum alterum ponitur, aufertur reliquum*». Sed quamvis sunt
Q 108^{ra} diversae, quod satis patet ex quaestionibus praehabitis, nec de | hoc
debet hic fieri quaestio per se, quia tamen omnes conveniunt in genere
relationis, ideo sequitur articulus iste ad investigandum quibus et quo- 40
modo sub communi genere relationis sunt diversae, quod importat
nomen differentiae. Ut enim dicit PHILOSOPHUS X^o Metaphysicae
E^r 128^{ra} «*quod differt ab aliquo per aliquid differt, et necesse est ut sit | aliquid idem per*
quod non differant». Diversum autem non oportet quod in aliquo con-
veniat, quia, ut dicit ibidem exponendo textum PHILOSOPHI, COM- 45
MENTATOR: «*omne*», «*id est omnia duo entia, aut est diversum aut idem*».
BOETHIUS tamen extendit differens ad diversum, ubi dicit De Trini-
Bad. 194^q tate cap. 4^o: «*Ubi nulla est differentia, nulla est omnino pluralitas*». |
Ad videndum autem differentiam esse aliquam inter se trium
generum relationum continentium omnes relationes, et per hoc relatio- 50
num communium ab aliis esse differentiam aliquam et quantam vel
qualem, oportet primo videre ortum et originem generum talium trium
relationum a suis principiis causativis et fundamentis et ordinem illorum
inter se. Dico | ergo quod cum, ut inferius declarabitur, relatio non sit 55
nisi respectus quidam cum habitudine, vel habitudo cum respectu
diversorum relatorum inter se, quia esse relativorum est ad aliud se
habere, et sic habitudo sive respectus relationis non est nisi plurium
inter se relatorum. Omnis autem pluralitas sive multitudo procedit ab
uno, et omnis processio ab uno sive unius sive plurium est illius unius ut
a quo, et alterius seu aliorum ut qui ab alio. Talis autem processio 60
S^r 244^{rb} necessario est secundum rationem producentis et producti, sive |
Bad. 194^q productivi et productibilis. Primum | ergo genus relationis necessario

est secundum rationem producentis et producti, sive secundum rationem productivi et productibilis. Quod quidem | genus relationis est
65 existens in potentiis activis et passivis, de quibus PHILOSOPHUS, distinguens tria genera relationum in exemplis, dicit sic in V^o *M e t a p h y s i c a e*: «*Quoddam dicitur sicut calefaciens ad calefactum, et abscindens ad abscissum et omne agens ad patiens*». Et post pauca: «*passiva autem et activa per potentiam activam | et passivam, et actiones potentiarum sicut calefaciens quod calefacit, quia*
70 *potest, et est calefaciens ad illud quod calefit, et abscindens ad illud quod abscinditur*». COMMENTATOR: «*id est quoddam genus relativorum est in potentiis activis et passivis; non enim acquirit calefaciens hanc dispositionem nisi respectu illius quod calefit*». Et infra: «*Relativa autem collata in genere actionis et passionis sunt relativa per passiones existentes in eis*». Et sumit ibi PHILOSOPHUS activum et
75 passivum large, ut iam dicetur, et quia modus iste relationis consistit in ordine principii ad principiatum, ad ipsum pertinet omnis relatio notionalis in divinis. |
In eis autem quae se habent ad invicem sicut principium ad principiatum, cum contingit quod principiatum in creaturis universaliter
80 deficiat naturaliter a perfectione formae quae est in ipso principio, nec possit illam | attingere, sed ipsa est in principiato respectu esse illius quod habet in principio per modum cuiusdam limitationis et gradus inferioris, ex hoc a primo genere relationis, quod scilicet est in activis et passivis, oritur genus relationis secundum quod consistit in mensurationibus, de quo dicit PHILOSOPHUS ibidem: «*et quoddam dicitur sicut mensuratum ad mensuram et scitum ad scientiam, | et sensatum ad sensum*». Et fundatur
85 hoc genus relationis realiter in forma producti, non ratione qua est forma simpliciter et conformis formae sui principii, sed ratione gradus determinati in quo est producta, non secundum aequalem sed secundum
90 | inferiorem perfectionem quam sit in suo principio.
Et secundum istum modum in producto ponentem gradum, nulla est realis relatio in divinis ad infra, quia in illis nulla est productio nisi per omnimodam aequalitatem producti ad producentem, licet aliqua sit in illis relatio secundum rationem mensurae et mensurati, ut infra declarabitur. Et quia creatura talem relationem secundum rem habet ad Deum sicut mensuratum ad mensuram, e converso Deus habet relationem correspondentem ad creaturam secundum rationem sicut mensura ad mensuratum. Deus enim est mensura omnium creaturarum excedens, et hoc in quantum immensa perfectio divinae formae non est in creaturis nisi per quandam participationem eius in gradu determinato. Et ad
100 instar talis relationis inter Deum | et creaturam est relatio talis inter diversas creaturas secundum diversos gradus in quibus una in perfectione alteri supereminet; et supereminens semper rationem mensurae

Scarp. 1170b

K" 147^{vb}

Bad. 194^{vr}

I' 332^{vb}

Q 108^{rb}

B" 125^{ra}

Scarp. 1171a

naturalis habet respectu illius cui supereminet, et hoc absque omni
productione mensurati a mensura. 105

Et in creaturis rationem talis mensurae primo et principaliter
habet unum respectu numeri, quia ut dicit PHILOSOPHUS in X^o Me t a -
p h y s i c a e «ex hoc dicitur mensura in aliis rebus». Commentator: «id est ex
hoc uno numerali fuit transsumptum hoc nomen mensura ad quodlibet eorum quae
K^m 148^{ra} | dicuntur mensurae», sed diversimode. Ut enim dicit in V^o eiusdem: «non 110
unum in omnibus generibus est idem; in quibusdam enim tonus est unum et in
quibusdam vocale est unum» etc., COMMENTATOR: «id est unum in omnibus
generibus non est eiusdem naturae, sed in quolibet genere differt a se in alio». Et ut
dicit super X^{um} «non est semper una mensura in quolibet genere, sed invenitur in
uno genere plusquam una mensura, sed maior mensuratur per minorem». 115

Et praeter huiusmodi mensuram naturalem est quaedam alia
mensura artificialis per hominum institutionem, de qua dicit COM-
MENTATOR prius in eodem X^o: | «cum homines voluerunt mensurare in istis
rebus, posuerunt unum per institutionem et inspexerunt quod esset valde simile uni
numerali, et acceperunt illud quod non recipit magis et minus in sensu, sicut fecerunt 120
in ponderibus quae fundantur super grana hordei, et in omnibus accipiunt unam
mensuram indivisibilem | secundum sensum similem mensurae naturali, scilicet uni
numerali». Unde patet quod omnis mensura rationem unitatis et simplici-
tatis | habet respectu mensurati, et mensuratum in se semper habet
rationem alicuius compositionis et numeri respectu mensurae, sicut et 125
omnis creatura respectu Dei. Et sic universaliter iste secundus modus
est inter mensuram et mensuratum sicut inter unitatem | et numerum.
Omnis enim mensura unitatem et simplicitatem habet respectu mensu-
rati, et omne mensuratum respectu mensurae compositionem et nume-
rum habet in se. 130

Ab isto autem modo secundo relationis qui consistit | generaliter
inter unitatem et numerum, et hoc quoad substantiam numeri, procedit
tertium genus sive modus relationum qui consistit in comparationibus et
accidentibus numerorum, quemadmodum accidens procedit a substan-
tia. Et continet hoc tertium genus relationis omnes relationes commu-
nes, de quibus | dicit PHILOSOPHUS V^o Me t a p h y s i c a e: «quaedam
dicuntur relativa sicut duplum ad dimidium» etc. Et distinguendo istos duos
modos, scilicet secundum et tertium, subdit: «omnia ista dicuntur relativa
per numerum et per accidentia numeri». COMMENTATOR: «id est omnia relativa
numeri et unius sunt relativa, aut | quia sunt in substantia ipsius numeri, aut 135
quia sunt in accidentibus numeri. Et accidentia numeri sunt minus, plus, addens et
diminutum, aequale et inaequale et similia». Numeri autem secundum
substantiam sunt unum, duo, tria, quattuor, quinque et deinceps, sub
quibus comprehenditur unitas. Propter quod, enumeratis istis relationi-

- 145 bus quae sunt in accidentibus numeri, subdit: *«et unum est principium
numerorum et mensura eorum»*. COMMENTATOR: | *«id est et unum quod est* Bad. 195^{rS}
principium numerorum et mensura eorum, concluditur etiam in relativis quae sunt in
numero»; licet alio et alio modo numerus, et universaliter | mensuratum, K" 148^{rb}
refertur ad unitatem et mensuram, et e converso unitas et universaliter
- 150 mensura ad mensuratum, quia scilicet unum et universaliter mensura
dicitur relative secundum rationem ad mensuratum, quia mensuratum
sive numerus dicitur relative secundum rem ad illam. Unde, assignando
quoad hoc differentiam aliarum relationum ad illam quae est mensurae
ad mensuratum, dicit: *«omnia quae dicuntur modo numeri»* etc., ut supra in
155 praecedenti quaestione.
- Est autem hic advertendum quod modus relationum communium
quem nos iam posuimus tertium, PHILOSOPHUS V^o M e t a p h y s i c a e
ponit primum; sed ipse respicit ad facilitatem doctrinae; quia enim nobis
notior est relatio numeri quam illa quae est in activis <et passivis> aut
- 160 in mensuris, ideo illam praeposuit. Nos autem aspicientes ad naturam rei
secundum ordinem praedictum, praeponimus relationem quae est in
activis et passivis, et sic relatio in mensuris ordine doctrinae ultima est
quia difficilior, et ordine naturae media. Quod dixerim, ne aliqui aesti-
ment me contraria dixisse in eo quod in quaestionibus de Q u o l i b e t ,
- 165 sequendo ordinem doctrinae secundum processum PHILOSOPHI, dixi
quod primus modus relationis est ille qui est modo numeri, scilicet
relationum communium. Nunc autem dico, sequendo naturam rei quod
ille est ultimus seu tertius. | Bad. 195^{rT}
- Ad videndum autem clarius quomodo a dicto secundo genere
170 relationis derivatur istud tertium, advertenda sunt primo quaedam de
oppositione unius et multi; secundo qualiter ab uno et multo quae sunt
secundo genere relationis opposita relative, derivantur illa quae sunt
relativa tertio genere.
- Circa oppositionem igitur unius et multi sciendum est quod, | ut B" 125^{va}
175 dicit PHILOSOPHUS in X^o M e t a p h y s i c a e : | *«unum et multum opponun-
tur multis modis»*, ubi dicit COMMENTATOR: *«intendit quod opponuntur magis
quam secundum unum modum»*. I' 333^{rb}
- Ad sciendum autem diversos modos | oppositionis unius et multi Scarp. 1172a
attendendum est quod unum sive unitas, secundum rationem sui
180 nominis, a negatione imponitur, quia significat rem sub ratione indivi-
sionis. Multum autem e contra significat rem sub ratione divisionis,
dicente PHILOSOPHO in eodem: *«quod dividitur dicitur multum, illud autem
quod non dividitur, dicitur unum secundum quod non dividitur»*. COMMENTA-
TOR: id est *«unum est indivisibile, multum autem est divisibile»*. Et secundum
185 rationem huius divisionis et indivisionis unum et multum opponuntur.

Et hoc duplici oppositione: una scilicet qua quaeque res in se una existens dividitur ab alia re; alia vero qua res aliqua ab alia divisa dividitur infra semetipsam.

K" 148 ^{va} Q 108 ^{vb}	Prima quidem divisio est multorum in quantum multa sunt sive plura, quae ad nullam unitatem redacta sunt in quantum huiusmodi, et hoc sive illa plura nata sint in aliquam unitatem numeralem naturalem redigi aut per se ut materia et forma in composito; et plures unitates in numero eodem naturali, aut per accidens ut scientia et accidens in composito ex utroque, aut plura accidentia in eodem subiecto, sive illa plura non sint nata reduci in unitatem numeralem naturalem, ut Deus et creatura quae nullo in unitatem reducuntur, aut duo angeli qui tamen reducuntur in unitatem numeri essentialis qui numerus formalis dicitur; licet non reducantur in unitatem numeri naturalis qui numerus materialis dicitur. Et quae secundum istam primam divisionem sunt multa, nequaquam sunt unum aut ens indivisum, sed est multum continens in se multa ab invicem divisa quae sunt multa una et multa sive plura entia ab invicem divisa, nequaquam sub aliqua indivisione contenta. Et multitudo, in quantum continet sic multa, non opponitur uni neque alicui enti alicui singulari, sicut divisio indivisioni, quia omne unum tale totum est eo quod est pars alicuius quod taliter est multum sive multitudo; <talís> pars autem eo quod pars toti non opponitur. Sed tale multum sive multitudo opponitur privative uni quod convertitur cum ente. Quod singula entia continet sub ratione illa qua quodlibet eorum est in se indivisum, licet ab invicem sub nulla indivisione sunt redacta, sicut non sunt Deus et creatura. Et utrumque eorum, et unum scilicet et multum sic opposita, circuit omne genus et non est in aliquo genere determinato.	190
S' 244 ^{vb}		200
E' 128 ^{va}		205
		210
B" 125 ^{vb}	Sic enim in substantia materia secundum se est unum, et similiter materia et compositum ex ambobus, et materia et forma secundum se sunt multa, et compositum est unum. Et isto modo oppositionis loquitur PHILOSOPHUS, ubi dicit X ^o Metaphysicae: « <i>unum et multum opponuntur multis modis, et unus eorum est unum et plura ut divisio et non divisio</i> », ubi dicit Commentator: « <i>manifestum est quod unum opponitur pluri secundum habitum et privationem; indivisibilitas enim est privatio divisibilitatis</i> ». Unde PHILOSOPHUS V ^o Metaphysicae, loquens de uno quod convertitur cum ente, dicit sic: « <i>prima genera sunt unum et ens, et oppositum uni est multitudo, et unum aut erit negatio aut privatio</i> ». COMMENTATOR: « <i>id est unum et multum aut opponuntur secundum affirmationem aut secundum habitum et privationem</i> ». Et intendit quod secundum habitum et privationem, sicut determinat in X ^o , ut iam dictum est.	215
Scarp. 1172b		220
I' 333 ^{va} Bad. 195 ^v		225

Secunda divisio praetacta est multorum non in quantum sunt multa, sed potius ut sunt ad aliquam unitatem redacta, in eo scilicet quod est | unum vel per se vel per accidens. Et propter hoc illa divisio non est proprie multorum sed multi, quod quidem multum est aliquod
230 unum contentum sub uno quod convertitur cum ente et est divisivum illius, sicut ens dividitur in unum et multum, sicut unum quod convertitur cum ente. Et est multum omne illud unum in quo est aliquis numerus, et unum quod condividit ens, et unum quod convertitur cum ente contra multum, est unum in quo nullus aut non talium cadit numerus.
235 Et tale unum respectu numeri cuiuscumque est unum quod est principium numeri naturale. Et tale multum est omnis numerus, quia in omni numero est unitatum talium pluralitas sub unitate aliqua formali contenta, sed deficiente a puritate et simplicitate formae unius quod est principium | ipsius numeri cum per se consideratur. Propter quod
240 unum tale, quod est principium numeri ut secundum se est | consideratum, ratione suae formae est mensura omnium numerorum sequentium ipsum quoad rationem formae unitatis defectively existentis in quolibet numero, et opponitur multo quod est in numero tale, sicut mensura mensurato. De qua oppositione loquitur PHILOSOPHUS, cum dicit X^o
245 *Metaphysicae*: «et opponitur unum multitudini, sicut cum aliquis dicit unum et una, album et alba, et mensurata in respectu mensurae, et mensura est unum, et omne unum est mensuratum ab uno». COMMENTATOR: «id est modus quo unum opponitur multitudini est modus quo unum opponitur multo quod est de |
specie illius unius, ut unum album opponitur pluribus albis. Et ista oppositio non est
250 alia nisi mensurantis ad mensuratum, et numerantis ad numeratum; omnis enim multitudo mensuratur per unum». |
De isto uno et multo sibi opposito dupliciter sciendum est quod, licet cum inter se comparantur unum illorum formaliter est mensura et alterum mensuratum, tamen quando comparantur ad alia praedicamenta
255 et etiam ad alias quantitates, ambo se habent ut | mensurae respectu illorum. Quia unitas mensura est unius substantiae, unius magnitudinis, unius quantitatis; et similiter denarius decem ex singulis talibus, puta decem substantiarum, decem magnitudinum, et decem qualitatum. Et est iste modus mensurandi alias res per unitatem et numerum alius a
260 modo mensurandi numerum per unitatem. Mensura enim ista numeri per unitatem semper excedit mensuratum, quia perfectio quam mensura habet et secundum quod est mensura per essentiam, participatur in mensurato ut forma unitatis in binario, ternario et ceteris, secundum quam mensuratum est mensuratum. Non enim sub tanta indivisione,
265 qua | unitas est una, est numerus unus, | quia semper sub minori indivisione est unus quilibet numerus quam sit unitas quae est principium

K" 148^{vb}

Bad. 195^{vv}

Q 109^{ra}

B" 126^{ra}

Bad. 195^{vx}

Scarp. 1173a

K" 149^{ra}

S' 245^{ra}

270 eius; et semper numerus est sub tanto minori indivisione quanto magis elongatus est ab unitate prima. Illa vero mensura, quae est aliarum rerum per unum et multum, semper aequatur mensurato. Et se habent unum et multum ad sua mensurata, non relative secundo genere relationis, sed solummodo sicut accidens ad subiectum. Et est mensura | primo modo essentialis mensura rei mensuratae in suo participato, secunda vero est omnino accidentalis.

De uno autem et multo secundum istum modum intentum mensurandi alia, ad sciendum quomodo a secundo modo relationis procedat tertius, oportet advertere quod unum et multum sive numerus principaliter descendunt in tria praedicamenta absoluta, sub quibus continentur alia in quantum mensurantur uno et multo, quae sunt substantia, quantitas et qualitas. Quantitas enim, tam continua quam discreta, non solum descendit sub ratione mensurantis accidens in substantiam et in qualitatem, sed etiam in se ipsam; et maxime discreta quae descendit in continuam in quantum magnitudines sunt numeri, ut dicitur in 1^o Posteriorum. Primo enim | unitas et numerus descendunt in se ipsos ut mensura accidentalis mensurans per adaequationem dicendo: una unitas, | duae unitates et sic deinceps, unus binarius, duo binarii et deinceps, et sic de ternario et quaternario et deinceps. Et secundo in quantitatem continuam, et hoc vel sub ratione qua continua, ut pedale, bipedale et deinceps; vel sub ratione qua discreta, ut unum pedale, duo pedalia, unum bipedale, duo bipedalia et deinceps, et sic de tripedali et quadrupedali etc. | Et tertio in substantiam et qualitatem, ut una, duae, tres substantiae aut qualitates et sic deinceps.

Quod intelligit PHILOSOPHUS cum dicit X^o Metaphysicae: «Prima mensura cuiuslibet generis quantitatis discretae, et ex hoc in rebus aliis. Mensura enim | est per quod cognoscitur quantitas, et quantitas cognoscitur secundum quod est quantitas aut per unum aut per numerum; et omnes numeri cognoscuntur per unum, et omnis quantitas secundum quod est quantitas cognoscitur per unum. Et ideo unum est principium numeri», et ex hoc dicitur mensura in aliis rebus per quam scitur quaelibet earum, et actio cuiuslibet earum est una. COMMENTATOR: «id est necesse est unum in unoquoque genere, secundum quod est indivisibile, sit prima mensura illorum | quae sunt in illo genere, scilicet quod natura unius est natura mensurae, et praecipue in generibus habentibus mensuram primo et essentialiter, scilicet in quantitate discreta; hoc enim in eis est prius aliis rebus quibus accedit mensura». Per hoc autem quod unum et multum quae se habent ad invicem secundo modo relationis, comparantur ad alia mensuranda accidentaliter, scilicet tria praedicamenta absoluta, ad quae omnia alia reducuntur in quantum habent mensuras ab uno et multo, secundum quod infra videbitur, causantur in substantia ab uno

et multo idem et diversum; in quantitate aequale et inaequale; in qualitate simile et dissimile, dicente PHILOSOPHO V^o Metaphysicae: 310
 «sunt eadem quorum substantia est una, et similia quorum qualitas est una, et aequalia quorum quantitas est una». Quae, cum suis contrariis consideratae quae sunt diversum, inaequale, dissimile, continent omnes relationes communes secundum tres contrarietates ad quas omnia contraria habent reduci, dicente eodem, IV^o Metaphysicae: «principia contrariorum sunt 315
 unum et multum». Et X^o eiusdem: «prima contrariorum et eorum genera sunt unum et multum». Et quia relationes communes secundum hunc modum causantur in rebus ab uno et multo, scilicet ut unum et multum accidunt rebus, ideo relationes | communes dicuntur esse in accidentibus numerorum, sicut relatio secundum mensuram et mensuratum dicitur esse 320
 in subiecto numerorum. Et dicuntur etiam omnes relationes communes esse relationes modo numeri, quia accidens tenet quemdam modum subiecti sui. Et per hunc modum ab | uno | et multo quae se habent ad invicem secundo modo relationis in quantum applicata sunt ad alia ut mensurantia illa, causantur relationes communes modo relationis tertio. | 325
 Ex quo patet quid sit dicendum ad quaestionem, videlicet quod relationes communes quam plurimum differunt ab aliis duobus generibus relationum, secundum quod hoc clare patet ex ortu et origine ab invicem ipsarum praedictis. Quod | enim oritur ab alio in quantum 330
 huiusmodi differentiam aut distinctionem necessario habet ab illo. Ceterum | autem de eorum ulteriori differentia, quo scilicet et quomodo differunt inter se, patebit in duabus quaestionibus sequentibus. Et sic concedenda est ultima ratio. |

I' 334^{ra}

B'' 126^{va}
 Bad. 196^{rx}

Bad. 196^{ry}

S' 245th

Scarp. 1174a

Bad. 196^{rz}

<AD ARGUMENTA>

335 Ad primum in oppositum quod «genus relationum communium non differt a genere relationum in activis et passivis, quia non referuntur inter se activum et passivum nisi quia forma unius alteri communicatur secundum quam etiam dicuntur idem, aequales aut similes», ergo etc., dico quod licet in activis et passivis quae referuntur ad invicem per eorum actionem et passionem, forma unius alteri | communicetur, non tamen 340
 propter huiusmodi communicationem ad invicem referuntur. Nam huiusmodi forma, sicut et ipse motus per quem inducitur ab activo in passivum, non est id per quod, ut tamquam per fundamentum unum eorum, refertur ad alterum, sed illud potius sunt potentia activa et 345
 passiva quae sunt principia ipsius | motus et communicationis formae

K'' 149^{va}

Q 109^{va}

activi in passivum. Illa autem forma, in quantum communis est, est id per quod fundamentaliter referantur ad invicem secundum relationes communes, quia propter illius communitatem etiam relationes illae communes sunt, secundum quod infra videbitur disputando de relationibus communibus in comparatione ad earum fundamenta.

350

Ad secundum quod «*relationes communes non differant a relationibus in mensuris, quia non dicuntur aliqua eadem, aequalia aut similia nisi per actum mensurandi*», dico quod | aliqua dicuntur relativa per actum mensurandi dupliciter, et hoc tam ex parte mensurae quam ex parte mensurati et ipsius relationis consequentis actum mensurandi. Ex parte mensurae quia, ut dictum est iam, mensura quae mensurat in secundo genere relationis, qua scilicet in creaturis unum mensurat numerum sive multum, est mensura excedens mensuratum essentialis mensurans rem in substantia sua. Mensura vero, quae mensurat in tertio genere relationis, qua scilicet unum et multum mensurant substantiam, quantitatem aut qualitatem, est mensura aequata mensurato accidentaliter mensurans rem exterius, et est omnino extra mensuratum. Illa vero, quae est in secundo genere relationis, est in suo mensurato sicut veritas in sua effigie; sed illa de tertio genere est in mensurato sicut accidens in subiecto. Item mensuratum in secundo genere mensuratur ratione gradus perfectionis qui est in | sua essentia. Mensuratum vero in tertio genere mensuratur ratione suae essentiae simpliciter. Item, relatio in primo modo mensurandi est inter mensuram et mensuratum; in secundo vero est inter | duo mensurata. | Licet ergo relationes secundo genere et tertio sint secundum actum mensurandi, quia tamen hoc est multum diversimode, non oportet quod propter illud non distinguantur inter se. Et sic multum differenter per actum mensurandi dicuntur relativa secundo et tertio modo, propter quod multum inter se differunt illi duo modi. |

355

360

365

370

Bad. 196^A
Scarp. 1175a

<QUAESTIO 2

UTRUM RELATIONES COMMUNES DIFFERANT AB ALIIS SECUNDUM REM AUT SECUNDUM RATIONEM>

Circa secundum arguitur quod genus relationis communis non differat ab aliis duobus generibus relationum secundum rem sed secundum rationem tantum, et hoc primo a relationibus in activis, sic: quaecumque relationes diversae in eodem respectu eiusdem secundum rem differre non possunt, quia aliter Filius in divinis ut est Filius, alia relatione referretur reali ad Patrem, et alia | ut est imago, quod falsum est

5

K^m 149^{vb}

10 secundum superius determinata; quare cum relationibus communibus,
 quae sunt identitas, aequalitas et similitudo, referantur eadem personae
 inter se quae invicem referunt secundum relationem activi et passivi;
 ergo etc.

15 Secundo quod nec a relationibus in mensuris sic: relatio quae
 sequitur mensuratum in quantum mensuratum est de secundo genere
 relationis, quia mensuratum in quantum mensuratum non refertur nisi
 ad mensuram; relationes communes sunt huiusmodi, quia identitas est
 relatio quae sequitur unum in substantia ut ab ipso est mensurata
 substantia, ut iam dictum est in quaestione praecedente, et similiter
 20 aequalitas ut ab uno est mensurata quantitas, et similitudo ut ab uno est
 mensurata qualitas; ergo etc.

In contrarium est quod tunc non essent relationes unius modi
 distinctae ab aliis, quia relationes sola ratione distinctae non constituunt
 diversos modos relationis, sed sub uno modo omnes continentur,
 25 utputa omnes relationes quae sunt in Filio in ordine ad Patrem, secun-
 dum superius determinata; consequens falsum est, quoniam relationes
 communes constituunt unum modum | relationis alium ab illis quae
 sunt in potentiis et quae | sunt in mensuris, secundum PHILOSOPHUM
 V^o Metaphysicae, ubi COMMENTATOR, postquam PHILOSOPHUS
 30 omnes illas relationes exposuit, dicit esse illarum «*modos tres*», ut iam
 habitum est supra; ergo etc. |

S' 245^{va}Q 109^{vb}Bad. 196^{rb}

<SOLUTIO>

Dico quod, supposito quod sit differentia relationum communium
 ad alias quae non sunt communes, quaestio ista quaerit quo et quomodo
 35 differant. Quaestio enim quomodo aliquae differunt praesupponit
 quaestionem an differant. Et quia relationes dictae formae quaedam |
 sunt eorum quae illis referuntur, id ergo quo differunt principaliter
 debet sumi per rationem causae formalis in illis, non materialis, sed
 neque penes relata neque penes fundamenta. Quo autem aliquid differt
 40 ab alio secundum rationem causae formalis: aut est ipsa forma qua ut
 principio intra differunt formaliter; aut est agens quo effective ut princi-
 pio extra habent illa ea quibus | formaliter differunt. Primo | modo,
 scilicet a forma qua differt relatio a relatione, sumitur prima divisio
 relationum qua relatio dividitur in relationem secundum esse et in
 45 relationem secundum dici.

Scarp. 1175b

B" 127^{ra}Bad. 196^{rb}

Et dicuntur relativa secundum dici quaecumque sic se habent ad
 invicem quod unum est aliquid alterius, et per hoc unum eorum respec-

tum habet ad alterum sicut se habent inter se pars et totum, accidens et subiectum, inter quae forma relationis in sola dictione unius ad alterum consistit, licet numquam sine respectu sit cum hoc quod esse utriusque illorum est absolutum. Et ideo respectus ille nequaquam est relatio, propter quod talis relatio non pertinet ad praedicamentum relationis, licet secundum eam dicatur | quod caput est capitati caput et quod capitatum est capite capitatum; | similiter dicitur quod color est colorati color et coloratum colore coloratum.

Dicuntur autem relativa secundum esse, illa quae non solum secundum dictionem sed secundum hoc ipsum quod sunt, ad aliud dicuntur. Et non solum dicuntur ad aliud sed etiam ad aliud sunt, et hoc quia esse eorum non est solum cum respectu, sed est relatio quaedam et respectus, non quo aliquid dicitur tantum ad aliud, sed quo cum hoc habet ad aliud esse; unde et dicuntur relativa secundum esse. Et hoc largo modo sumendo 'esse' ad esse quo aliquid habet esse perfectum extra animam, et quo aliquid habet esse diminutum in anima. |

Et secundum hoc subdistinguntur relativa secundum esse, et hoc simul penes ipsam formam essendi et penes agens, quia relativorum secundum esse, quaedam sunt secundum rem, quaedam vero secundum rationem. Et dicuntur secundum rem illa quae vere et perfecte sunt relativa secundum esse vere dicuntur, eo quod esse suum relativum habent a natura rerum in quibus sunt extra animam. Dicuntur autem secundum rationem illa quae non habent nisi esse relativum diminutum in anima et non nisi | ab animae consideratione, secundum modum superius expositum in quo differunt relationes secundum dici ab illis quae sunt secundum rationem, licet quia relationes secundum dici causari habeant a consideratione rationis, et similiter illae quae sunt secundum rationem, ut praeterea ambae possint dici relationes secundum rationem, scilicet quantum est ex parte agentis. Illarum tamen ratio consistit in rationis consideratione quoad dictionem in voce exteriori tantum; istarum autem ratio consistit in conceptu aliquo interiori conformi rebus quae sunt extra, secundum quod conforme est dextrum in columna intellectui dextro existente in animali extra, et hoc sive dextrum aut sinistrum solum consideretur in unica columna respectu dextri aut sinistri in uno animali tantum, sive dextrum et sinistrum simul considerentur in una columna posita inter duo animalia, scilicet respectu dextri in uno considerando | sinistrum columnae, et respectu sinistri in | alio considerando | dextrum columnae, sive dextrum et sinistrum considerentur in diversis columnis respectu dextri et sinistri unius animalis positi in medio illorum, sive considerentur dextrum et sinistrum in eadem columna non nisi respectu dextri et sinistri in animali simpliciter,

- et hoc propter notam dextri et sinistri aut in imagine animalis quia habet
 90 figuram animalis, aut in caelo propter principium et terminum motus
 conformes principio et termino motus in animali. Ut secundum hoc
 relationes rationales quandoque considerentur in habitudine ad sibi
 correspondens in relationibus naturalibus, quandoque | in habitudine ad K" 150^{rb}
 sibi contrarium. Propter quod istae solae, quae considerantur in ordine
 95 ad suum contrarium, vere dicuntur secundum rationem, quia et a ratione
 et in conceptu rationis existunt in quo aliquod esse habent, secundum
 quod illa quorum nata sunt dici relata ad invicem secundum esse, quale
 esse non habent illae quae sunt secundum dici tantum, | propter quod S' 245^{vb}
 dicuntur relata non secundum esse, sed secundum dici tantum. | Bad. 196rd
- 100 Ex quo patet quo et quomodo relationes existentes in illis tribus
 modis principalibus quae sunt secundum rem, generaliter differunt ab
 illis quae sunt proprie secundum rationem, et hoc sive in eodem modo
 seu genere sive in diversis generibus seu modis relationis communis. Illi
 enim tres modi relationis communis continent simpliciter solum | I' 334^{vb}
 105 relationes secundum esse, quia illae solae pertinent ad praedicamentum
 relationis. Sed illae quae sunt secundum rem continentur sub illis princi-
 paliter; illae vero quae sunt secundum rationem, per reductionem
 quandam ad illas quae sunt secundum rem continentur sub eisdem
 modis. | Unde et per differentiam illarum quae sunt secundum rem sub Scarp. 1176b
 110 diversis generibus inter se patebit etiam differentia illarum quae secun-
 dum rationem sunt sub eisdem inter se. Et semper illae quae sunt sub
 uno illorum trium generum, sive sint secundum rem sive sint secundum
 rationem, differunt ab illis quae sunt in aliis duobus differentia dispa-
 rationis, sicut differunt inter se species quae sunt sub diversis generibus
 115 subalternis, secundum quod patebit in sequenti quaestione.
- Et illarum quae secundum rem veram sunt relationes sub uno
 illorum trium modorum ab illis quae sunt secundum rem relationes sub
 aliis duobus modis, intellectus sive ratio distinctionem seu differentiam
 non operatur nec causat, sed eam sic factam a rerum natura invenit,
 120 quae eas operata est tales, et secundum eam, considerationem sive
 conceptum suum format. Et sic illa differentia est causa considerationis
 in ratione, non e converso. Et ita differentia illarum dicenda est esse
 secundum rem veram.
- Sed illarum quae sunt secundum rem diminutam et rationis
 125 relationes, solus intellectus sive ratio differentiam inter se et ab illis quae
 sunt secundum rem veram, causat et operatur aut omnino aut comple-
 tive | secundum praedeterminata. Quae postquam eas tales operata est Bad. 197rd
 in diversis generibus comparando illas ad invicem, | considerationem B" 127^{ra}
 sive conceptum suum format secundum illarum differentiam quam

130 prius in illis operatus est. Et sic illa differentia, quae prius operata est ab intellectu in ratione, est causa considerationis sui a ratione conversa |
K" 150^{va} super illas quasi quodam circulo.

Illarum vero quae sunt relationes secundum rem veram ab uno
illorum generum, et illarum quae secundum rationem et rem diminutam
sunt sub aliis generibus, intellectus, comparando illas inter se, concep-
tum differentiae illarum format | secundum illa quae prius operata est,
Q 110^{tb} partim natura rerum, partim intellectus ipse. Et sic differentia illarum est
causa considerationis sive conceptus differentiae partim directe, partim
circulo. De differentia autem relationum communium inter se patebit in
sequenti articulo. 140

Quia ergo relationes in singulis generibus quandoque sunt secun-
dum rem, quandoque secundum rationem, ut specialiter patebit inferius
de relationibus communibus, et specialiter in divinis de quibus ad
praesens solummodo intendimus, ideo relationes communes ab aliis
differunt quandoque secundum rem quandoque secundum rationem 145
tantum quandoque vero mixtim. Idcirco ergo rationibus ad utramque
partem respondendum est. |

Bad. 197^{re}
Scarp. 1177a

<AD ARGUMENTA>

Quod ergo arguitur primo quod «relationes communes *non* dif-
ferant *secundum rem sed* solum *secundum rationem* ab illis quae sunt in poten-
tiis, quia sunt inter eadem *respectu eiusdem*», dico quod ratio ista non arguit
nisi in casu quo relationes communes inter eadem relata concurrunt
cum aliis. 150

Et dicunt ALIQUI quod in isto casu non distinguuntur nisi secun-
dum rationem tantum. Dicunt enim generaliter quod quandocumque
inter eadem relata concurrunt diversa genera relationum, omnes coinci-
dunt in unam, puta in relationibus secundum potentiam activam et
passivam et secundum mensurans et mensuratum, quae in idem coinci-
dunt cum est relatio inter Deum et creaturam, quia Deus est agens et
I' 335^{ra} mensura, | et creatura est actum et mensuratum, ut una sit relatio Dei ad
creaturam in quantum ipse est agens et mensura, scilicet secundum
rationem, et una creaturae ad Deum in quantum ipsa est actum et
mensuratum, scilicet secundum rem. Et similiter in relationibus com-
munibus, puta identitatis, aequalitatis et similitudinis inter divinas
personas, ut illa tria una sint relatio inter illas etiam secundum rationem, 165
scilicet identitas, et transeunt aequalitas et similitudo in identitatem, quia

quantitas et qualitas in divinis, super quae fundantur aequalitas et similitudo, transeunt in substantiam super quam fundatur identitas.

170 Ut ideo in divinis personae dicantur esse similes et aequales secundum substantiam ab AUGUSTINO V^o De Trinitate | cap.^o 6^o et
MAGISTER Sententiarum distinctione 31^a dicit aequalitatem esse
identitatem. Unde et | hanc coincidentiam relationum ponunt causam
175 quare in divinis relatio secundum potentiam activam ad creaturas non
est secundum rem sicut est in creaturis, | sed secundum rationem
tantum, quia scilicet idem est iudicium in Deo de mensura et de |
actione, et relatio mensurae in illo est secundum rationem tantum, cum
tamen in creaturis relatio actionis sit secundum rem.

Et similiter dicunt quod idem est causa quare in divinis relationes
aequalitatis et similitudinis sint relationes secundum rationem tantum,
180 quia scilicet idem est iudicium de aequalitate et similitudine quod de
identitate, quae in divinis est secundum rationem tantum, licet sint in
creaturis relationes secundum rem. |

Revertendo ergo unde prius, dico quod dicta ratio non arguit
quod relationes communes non distinguantur ab aliis, nisi in casu quo
185 scilicet sunt inter eadem, et in hoc coincidunt. Nunc autem quaestio
nostra generalis est de illis relationibus, sive sint inter eadem et quoad
hoc coincidunt, sive inter diversa et nullo modo coincidunt, et ita licet in
divinis procederet | argumentum in quibus coincidunt inter easdem
personas relationes communes cum aliis, et ideo non distinguuntur
190 relationes communes ab aliis. In creaturis tamen, in quibus frequenter
non coincidunt, bene distingui possunt secundum rem. Sed tamen nec
in divinis nec in creaturis verum est quod relationes communes coinci-
dunt in alias vel e converso, quia cum relationes secundum potentias
inter divinas personas sint secundum | rem, ut visum est supra, et
195 communes sint secundum rationem tantum, ut videbitur infra, aut ergo
communes inciderent in illas et ita ipsae essent relationes secundum
rem; aut illae in istas, et ita illae essent secundum rationem, quorum
utrumque est falsum.

Manent enim differentes illae quae sunt in potentiis et illae quae
200 sunt communes. Manent ergo etiam differentes in divinis communes ab
aliis et inter se, et similiter illa quae est in potentia activa ab illa quae est
in mensura inter se et ab aliis. Et sic, secundum modum iam dictum,
relationes communes inter easdem personas ab aliis et inter se differunt
quantumcumque coincidunt. Et similiter in creaturis, quando calefaciens
205 refertur ad calefactum secundum relationem activi et passivi, et etiam
secundum relationem similitudinis, in quantum utrumque illorum est
calidum quae est relatio communis, neutra illarum incidit in aliam, licet

S' 246^{ra}E' 129^{va}B'' 127^{vb}K'' 150^{vb}Bad. 197^{rF}

Scarp. 1177b

Q 110^{va}

- I' 335^b per hoc quod calefaciens generat calorem in | calefacto, facit illud
calidum, ad quod sequitur quod sit simile calefacienti. Quod si etiam
contingeret quod ordine naturae calefactum non posset recipere calo- 210
rem a calefaciente nisi secundum gradum inferiorem, et sic calefactum
ratione gradus illius referetur ut mensuratum ad calefacientem sicut ad
mensuram, ut esset inter calefacientia et calefactum relatio triplicis
Bad. 197^{vf} generis, scilicet | communis et in potentiis et in mensuris, numquam
tamen sic coinciderent in eisdem quin manerent secundum rem diver- 215
sae. Ut | alia relatio realis fundaretur super potentiam passivam calefacti
contrariam potentiae activae calefacientis, super quam in illo fundatur
K" 151^{ra} relatio realis opposita; et alia | super calorem eiusdem eundem in specie
B" 128^{ra} cum calore calefacientis ab illa quae fundatur super illius calorem, et sic
super utramque in utroque fundetur relatio realis, et tertia super gradum 220
in calore calefacti respectu caloris calefacientis, et super calorem in
calefacto fundetur relatio secundum rem, et super calorem in calefacto
fundetur relatio secundum rationem.
- Consimili ergo modo, licet inter Deum et creaturam cum relationi-
bus in potentiis activis coincidunt relationes in mensuris, nihilominus 225
diversae sunt secundum rem in creaturis | et similiter diversae in Deo
secundum rationem. Et hoc quia cum creatura se habeat ad Deum ut
mensuratum se habet essentia creaturae ut effigies quaedam naturaliter
ad divinam essentiam, in quantum ipsa divina essentia supereminet et
continet unite in se omnes rationes perfectionales, et praecipue illam 230
quae est essentiae humanae. Et illa eadem essentia humana, in quantum
est exemplatum secundum rationem ideae ipsius divinae essentiae, se
habet ad Deum sicut actum et institutum in esse essentiae quod post-
modum ab ipso Deo in esse existentiae est productum, non naturaliter a 235
divina essentia, secundum quod posuerunt PHILOSOPHI, sed liberaliter a
divina voluntate determinante semet ad creaturae productionem in esse
existentiae. Propter quod, quia haec productio ex determinatione ipsius
divinae voluntatis dependet et illa institutio est secundum rationem
ideae in divino intellectu, ideo utroque modo dicitur relatio activi in Deo 240
ad creaturam relatio secundum rationem, non quia coincidat in relatio-
nem secundum mensuram. |
- Bad. 197^{vg} Et consimiliter, licet aequalitas et similitudo coincidunt cum
S' 246^b identitate in eisdem, non ex hoc | oportet quod sint eadem relatio,
secundum quod inferius latius declarabitur exponendo dicta AUGUSTINI
et MAGISTRI praetacta iam, et hoc non obstante quod potius aequalitas 245
et similitudo debent dici transire in identitatem quam e converso, quia
Q 110^{vb} alia praedicamenta absoluta in divinis transeunt in substantiam, et |
trahuntur per hoc ad naturam illius, non autem e converso. Et etiam

non obstante quod proprius modus identitatis vere est quod fundetur
 250 tam in divinis quam in creaturis super unitatem substantiae numeralis,
 cum in creaturis aequalitas et similitudo non fundentur nisi super diver-
 sitatem quantitatis et qualitatis, et in divinis aequalitas fundetur in
 personis super unitatem quantitatis eandem numero; et similiter simili-
 tudo super eandem qualitatem numero, sicut identitas super eandem
 255 substantiam numero.

Tales enim congruentiae valent in divinis modicum ad ostenden-
 dum quod | relationes communes quae sunt secundum rationem, in illas K" 151^{rb}
 | coincidunt quae sunt in eis ex natura rei; aut inter se, sicut | modicum E' 129^{vb}
 valent ad probandum quod in ordine Dei ad creaturam relatio activi I' 335^{va}
 260 reducitur ad illam quae est mensurae, et quod ideo est secundum ratio-
 nem. Propter talem | enim reductionem non debet relatio activi in Deo
 ad creaturas dici secundum rationem, sed solum quia inest ex determina-
 tione rationalis voluntatis aut idealis intellectus. Nec similiter aequalitas
 et similitudo, quae in creaturis sunt relationes secundum rem, debent
 265 dici relationes secundum rationem in | Deo, quia reducuntur in illo ad
 identitatem, sed alia de causa inferius assignanda. Ex tali enim dicto
 insinuatur quod si non esset in divinis relatio activi ad illam relationem
 mensurae reducta, quod relatio activi in Deo ad creaturam esset secun-
 dum rem, et similiter aequalitas et similitudo personarum inter se nisi
 270 reducerentur ad identitatem, quod falsum est, ut aliquantulum tactum
 est supra in solutione primi argumenti secundae quaestionis praecedentis
 articuli. |

Quod autem arguitur quod «*in eodem ad idem relationes diversae non
 possunt differre plusquam secundum rationem, ut patet in Filio cum respectu Patris
 dicitur Filius et imago*», dico quod verum est quando nec secundum esse
 275 formale nec secundum agens distinguuntur, sicut in Filio non distin-
 guuntur posse generari, generari, generatum esse, Filius, imago, Ver-
 bum, quia haec natura ponit in Filio et habent idem esse formale, scilicet
 esse ab alio generatione naturali. Non sic autem est de relationibus
 280 communibus respectu aliarum, ut patet ex iam dictis. Et hoc dico,
 omitta ad praesens alia differentia ex parte fundamenti quod est poten-
 tia passiva in Filio, in quo illa omnia eodem modo fundantur. Non sic
 autem relationes communes eodem modo fundantur in eodem cum aliis
 relationibus, ut patebit inferius. |

Ad secundum quod «*relationes communes non differunt nisi secundum
 rationem ab illis quae sunt in mensuris quia causantur ab uno ut est mensura et
 sequuntur mensuratum ut mensuratum est*», dico quod verum est, sed diversi-
 285 mode et diverso modo mensurandi. Diversimode: quia in secundo
 modo relationis, relatio sequitur mensuratum in habitudine ad mensu-

Bad. 197^{vi}Bad. 197^{vi}

	ram; in relatione vero communi relatio sequitur mensuratum unum in	290
	habitudine ad aliud mensuratum, sicut dictum est iam supra. Et sic in	
	secundo modo sequitur mensuratum ut est simpliciter mensuratum; in	
K" 151 ^{va}	relatione autem communi non sequitur unum mensuratum nisi ut est	
	conforme vel difforme alteri mensurato. Sequitur etiam ibi et hic	295
Bad. 198 ^{rl}	diverso modo mensurandi, quia iuxta hoc quod etiam iam dictum est	
	supra, unitas sive unum dupliciter habet considerari: uno modo secun-	
	dum se abstractione mathematica ratione suae perfectionis et indivisio-	
Q 111 ^{ra}	nis; alio modo ut habet esse in aliis rebus et eas ratione perfectionis et	
B" 128 ^{va}	suae indivisibilitatis determinat. Primo modo consideratur ut ab eo	300
	procedat materialiter per eius replicationem omnis numerus, et a	
Scarp. 1179a	perfectione formali quae consistit in sua indivisibilitate deficit omnis	
	numerus, et per hoc comparatur ut mensura ad numerum penes secun-	
	dum genus relationis. Secundo autem modo consideratur ut descendit	
	in omnia alia, secundum modum tactum ante finem praecedentis quaes-	
	tionis, et hoc non solum ut ipsum unum secundum rationem suae	305
	perfectionis completae in se ipso descendit in alia, denominans unitate	
Scarp. 1179b	quodcumque aliorum, sed etiam ut ipsum secundum rationem suae	
I' 335 ^{vb}	perfectionis deficientis in numero sive multo descendit in eadem	
	secundum modum tactum ibidem, denominando alia dualitate, ternario,	
	et sic de ceteris, et hoc ut mensura qua res alterius generis habet quanti-	310
	tatem. Et sic ad hoc argumentum respondendum est ad modum quo	
S' 246 ^{va}	respondum est ad secundum argumentum quaestionis praecedentis.	
Bad. 198 ^{rk}		
Scarp. 1179a		

<QUAESTIO 3

UTRUM RELATIONES COMMUNES DISTINGUANTUR AB ALIIS SECUNDUM
GENUS AUT SECUNDUM SPECIEM>

Circa tertium arguitur quod relationes communes ab aliis non
distinguuntur secundum genus aut speciem sic: distinctio rerum unius
generis per res alterius generis non est secundum genus aut secundum
speciem, quia est per accidens; sic enim distinguuntur inter se individua
sub una specie substantiae, scilicet per album et nigrum, longum, breve
et huiusmodi; hoc autem modo solummodo distinguuntur relationes
communes ab aliis; quia si subtractis fundamentis quae sunt res aliorum
generum considerentur, nihil manet in illis nisi pura ratio quae est ad

5

10

aliud esse sub qua non distinguuntur; immo ipsa univoce, quantum est de se, habet esse in omnibus, ut tactum est supra; ergo etc.

Secundo sic: ea quae circueunt omne genus a nullo distinguuntur
 15 secundum genus et speciem, ut patet de ente et uno quod cum illo
 convertitur; relationes communes circueunt omne genus quoniam
 sequuntur unum et multum quae dividunt totum ens; ergo etc.

In contrarium est quod relationes communes differunt ab aliis
 secundum dicta et iam declarata, et conveniunt in generalissimo |
 20 relationis; et constat quod non differunt solo numero, talia autem
 necessario | differunt genere aut specie; ergo etc. |

Scarp. 1179b

K" 151^{vb}
Bad. 198^{rl}

<SOLUTIO>

Hic ad videndum distinctionem relationum communium ab aliis
 secundum genus aut speciem oportet videre distinctionem praedica-
 25 menti relationis per dicta tria genera relationum. Dico ergo secundum
 alias et iam supra declarata quod id quod relatio proprium habet de
 ratione sui praedicamenti, ut ipsum distinctum est omnino a quolibet
 alio praedicamento, et nihil communicans est alicuius quod | est alterius
 praedicamenti, non est nisi ratio quaedam quae est ad aliud esse; quem-
 30 admodum ratio praedicamentorum absolutorum communis, differens a
 ratione propria praedicamenti relationis quae est ad aliud esse, est ad se
 sive secundum se esse. Secundum quem modum nulla omnino cadit
 distinctio in praedicamento relationis, neque secundum genera subal-
 terna neque secundum species neque secundum individua, sicut neque
 35 in praedicamento substantiae cadit aliqua distinctio secundum proprium
 modum illius | qui est ad se, quia ad se et in se esse quidem est de
 praedicamentis absolutis quibus unus modus communis est, sicut <alius
 modus est> in alio esse, sub quo distinguuntur praedicamenta quantita-
 tis et qualitatis secundum duos proprios et | diversos modos essendi in
 40 alio. Sed si aliqua distinctio cadit in illo praedicamento relationis, illa
 necessario sumitur secundum res aliorum praedicamentorum.

E' 130^{ra}B" 128^{vb}

Scarp. 1180a

Unde sicut hoc est de ratione modorum praedicamentorum
 absolutorum quod uniformiter communicantur singula quae sunt in illis
 praedicamentis nec secundum illos distinguuntur | aliqua contenta in
 45 praedicamentis absolutis, sed solummodo per res absolutas illorum, sic
 idem est de ratione propria praedicamento relationis qui est ad aliud
 esse, scilicet quod uniformiter descendit in singula contenta in praedica-
 mento relationis et eis communicatur. Et sic penes illum modum nulla
 omnino potest haberi distinctio contentorum in praedicamento relatio-

Q 111^{rb}

nis. Immo si relatio, ut est nomen praedicamenti et ut dicit solummodo 50
 rationem quae est ad aliud esse, debeat distingui | et dividi per differen-
 tias quibus ad species contrahitur, oportet quod illas ab aliis praedica-
 mentis trahat et per illarum distinctionem distinguatur, in quantum
 scilicet super res illorum fundatur; et hoc quemadmodum passiones
 rerum mathematicarum contrahuntur ut sint passiones rerum natura- 55
 lium per ipsa subiecta naturalia in quibus sunt. Puta curvum, quod est
 passio lineae contraria recto, contrahitur ad similitatem, et ipsum quod
 est curvum fit simum per subiectum naturale in quo est, scilicet per
 nasum; est enim simitas curvitas nasi sive in naso. Sicut enim curvitas
 simpliciter in definitione nasi est genus sive rationem generis habet, et 60
 rationem differentiae importat | ipsum subiectum naturale, ut ex illis
 duobus constituatur simitas tamquam species passionis naturalis, et
 definiatur per illa ut per genus et differentiam, sic relatio simpliciter
 ratione modi qui est ad aliud esse indistincte considerata circa distinctas
 res praedicamentorum absolutorum quae sunt ad aliquid sive relativa, 65
 est genus et rationem generis habens. Circa ipsam huiusmodi | rationem
 ut differentiae apponuntur | illi ipsa fundamenta realia distincta, quae
 sunt aliorum praedicamentorum super quae relatio sive respectus ad
 aliud fundatur, sive potius apponuntur illi realitates contractae ab illis
 fundamentis, ut sic per realitatem fundamenti aut quam a suo funda- 70
 mento contrahit relatio, contrahatur ipsa relatio ad speciem, et per
 diversa fundamenta a quibus diversas realitates contrahat etiam ad
 diversas species contrahatur. Et per illas realitates tamquam per dif-
 ferentias dividatur, et ex singulis cum genere constituentur | singulae 75
 species, ut secundum hoc quemadmodum passio naturalis definiri
 dicitur per additamentum rei alterius generis; consimiliter praedicamen-
 tum | relationis dicatur dividi per additamentum rei alterius generis. |
 Et per hoc relatio, ut est ratio et modus praedicamenti, licet in
 genere nullam realitatem propriam generi in quantum genus est im-
 portet, sed praecisum modum essendi ad aliud, tamen cum huiusmodi 80
 modo et ratione realitatem importat in speciebus suis, et in omnibus
 contentis in praedicamento relationis propriam illis in quantum species
 sunt et contenta sub genere relationis. Et est solus ille modus propria
 quidditas relationi secundum genus et quod relatio est, et per con-
 sequens toti praedicamento illius in quantum distinguitur a praedica- 85
 mentis absolutis. Nec aliam habet ex se quidditatis rationem, licet etiam
 non habeat relatio rationem generis nisi ut ipsum abstractum a specie-
 bus indefinite realitatem fundamenti in se includat. |
 Propter quod bene et convenienter dicitur quod a praedicamentis
 absolutis distinguitur ratione suae quidditatis, cum tamen non distin- 90

I' 336^{ra}K' 152^{ra}Bad. 198^{VL}S' 246^{vb}B' 129^{ra}

Scarp. 1180b

Bad. 198^{VM}Bad. 198^N

guatur ab illis nisi illo modo sive illa ratione. Ex quo etiam patet quomodo quidditas relativa solummodo accipitur in comparatione ad aliud, et etiam quod distinguere relationes ratione suae quidditatis est eas distinguere | in comparatione ad aliud, et hoc non nisi a praedicamentis
95 absolutis quorum esse consistit in absoluto, quia quod distinguuntur relationes inter se, hoc non est nisi penes diversimode se habere ad aliud, quod hoc non contingit eis nisi per sua fundamenta | diversa
100 realia et per diversitates reales quas ab | illis trahunt, quae eis non competunt ex se ipsis unde sunt relationes simpliciter, et sic non ratione suae quidditatis propriae, sed solum secundum quod habent fundari in alio, et sic ratione sui esse quod habent in suo fundamento dicuntur in subiecto quod per ipsam formaliter refertur, in quantum ipsa disponitur.

Et ideo distinctio quae relationi secundum hoc competit, cuiusmodi non est distinctio ab aliis generibus, sed infra se in suas species
105 usque ad individua propria inclusive, est distinctio eius non secundum rationem suae quidditatis, sed potius secundum rationem sui esse. Et sic nulla distinctio ratione quidditatis suae competit relationi unde est relatio simpliciter nisi ab aliis praedicamentis et contentis in illis. Quia unde est hoc sed quod aliqua, hoc non est haec vel illa secundum
110 speciem aut secundum numerum infra suum praedicamentum, et sic solum ei competit ratione esse et realitatis quod contrahit a suo fundamento, et sic ratione quidditatis suae solum distinguitur praedicamentum relationis secundum rationem generalissimi a generalissimis |
115 praedicamentorum absolutorum. Sed quodlibet contentum in praedicamento | relationis etiam individua illius ab invicem | distinguuntur secundum esse quod contrahunt a suis fundamentis. |

Et quia ista ratio relationis, qua genus generalissimum est, non contrahitur per aliquas differentias proprias quae sunt de natura illius sicut in aliis praedicamentis absolutis res, quae est genus generalissimum, contrahitur per differentias proprias quae sunt de natura illius,
120 multo igitur differenter est ratio generis in praedicamento relationis et in praedicamentis absolutis, quia in illo ratio generis nullam propriam realitatem habet; sed incontracta est quoad id quod est ei proprium, nec contrahitur nisi per additamentum alterius generis.

In praedicamentis autem absolutis res generi | propria sub sua
125 propria ratione significata contrahitur per sibi propria. Et sic alio modo in relatione genus est in potentia ad differentias et ad species et in praedicamentis absolutis. Modus igitur sive ratio relationis secundum quod diversimode realitatem contrahit ab illis super quae fundatur et
130 ordine quodam, secundum hoc descendit in species usque ad individua sub specie specialissima, quae non nisi secundum unum modum realita-

Q 111^{va}

I' 336^{rb}

K'' 152^{rb}

Scarp. 1181a

B'' 129^{rb}

E' 130^{rb}

Bad. 198^{vo}

S' 247^{ra}

tem contrahunt a suis fundamentis, eo quod secundum unum et eundem modum fundantur in illis, sicut inferius declarabitur. Dico autem non quod eandem realitatem contrahunt eo quod super idem fundantur, sed quod secundum unum modum etc.; quia distinctio in praedicamento relationis non est tam propter diversitatem illorum super quae fundatur | relatio quam propter diversum modum fundandi in illis. Super eadem enim secundum diversos modos fundandi bene fundantur diversae relationes reales secundum genus subalternum, ut tactum est supra et amplius tangetur infra. Non enim fundantur relationes super praedicamenta absoluta secundum quod res sunt simpliciter et absolute, puta substantia, quantitas | aut qualitas, sed secundum quod in se habent modos reales generales quibus distinguuntur singula praedicamenta, quae sunt potentia, actus, unum, multum, quibus primo dividitur ens et quodlibet praedicamentum entis in quantum ens est. Res enim quaecumque, quia in eo quod est in potentia, incompleta est, et actus et perfectionis susceptibilis, puta aqua caloris, ab eo quod secundum illam perfectionem | est in actu et hoc | vel virtute tantum ut sol calidus, vel virtute et forma simul ut ignis calidus. Idcirco potentia quae in divisione entis cadit cum actu, est potentia passiva, et actus ille includit potentiam activam quibus, scilicet | potentia passiva et activa, naturaliter sese respiciunt in quolibet genere entis in quo nata sunt esse activum et passivum, sive ens in potentia, et ens secundum actum.

Unum etiam in unoquoque genere est primum in quo consistit ratio illius generis | perfectissime. | Multum autem est id in quo perfectio illa aliquantulum deficit secundum praedicta, per quod naturaliter multum respicit unum. Quia igitur omne, quod ex se deficit a perfectione aliqua nihil habendo de illa, necessario vadit primo per actionem perfecti de potentia in actum imperfectum, et tunc demum, per actum imperfectum quem habet, ordinatur ipsum perfectum. Idcirco naturaliter, sicut tactum est supra, relationis habitudo primo fundatur in rebus absolutis secundum rationem potentiae passivae, et actus, id est potentiae activae qua existens perfectum in actu, natum est imperfecto conferre perfectionem, quod, cum perfectum non est natum recipere, defective habet illam secundum rationem mensurati et mensurae, quae se habent inter se secundum rationem perfecti et imperfecti.

Et secundum hoc distinctione prima et naturali relatio quae est generalissimum et nomen habitudinis non secundum se ad aliud existentis, sed solummodo in suis contentis, dividitur in duas primas habitudines duo prima genera subalterna constituentia, scilicet in relationem potentialem, id est quae consistit in potentiis, scilicet activis et passivis, et in relationem mensuralem, id est quae consistit in mensurationibus

135

140

145

150

155

160

165

170

scilicet in mensuris et mensuratis, communiter sumendo mensuram
secundum duos modos mensurandi supra expositos. | Relatio autem illa, K" 152^{vb}
175 quae fundata est in potentiis activis et passivis, dividitur per diversas
habitudines secundum diversitatem potentiarum activarum correspon-
dentium sibi mutuo in activis et passivis diversorum generum et diversa-
rum specierum illorum praedicamentorum in quibus inveniuntur poten-
tia activa et passiva correspondentium, et hoc usque ad individuales
180 habitudines inter agentia et patientia, puta quae est huius hominis
generantis ad hunc hominem generatum, et huius equi generantis ad
hunc equum generatum, et huius calefacientis ad hoc calefactum, et sic
de ceteris. Ita quod quodlibet genus et quaelibet species et quodlibet
individuum in praedicamento relationis est habitudo continens duas
185 relationes sibi invicem oppositas vel secundum genus vel secundum
species vel secundum numerum. Et hoc non solum in activis et passivis,
sed etiam in aliis.

Relatio autem fundata in mensurationibus, sive in uno et multo
sive perfecto et | imperfecto, distinguitur secundum quod unum et Scarp. 1182a
190 multum ordinantur dupliciter. | Uno enim | modo ordinantur inter se,
unum scilicet ad multum et e converso, et hoc ut unum eorum mensura-
tur ab altero. Alio autem modo ut ambo ordinantur ad praedicamenta
alia, et hoc ut | illis ambobus, scilicet uno et multo, mensurantur, sicut | B" 129^{vb}
S' 247^{rb}
195 tur genus subalternum relationis, quod consistit in mensurationibus
generaliter | dictis, in duas habitudines relationis, scilicet in relationem
mensuralem, quae scilicet est in substantia numerorum inter unitatem
mensurantem et numerum sive multum mensuratum, et continet tantum
secundum genus relationis, et in relationem commensurabilem quae est
200 in accidentibus numerorum consequentibus | unum et multum, quae est
inter mensurata uno et multo, et continet tantum relationes communes.
Et relatio mensurationis subdividitur per diversas habitudines secundum
diversitatem unitatum mensurantium diversa multa, et specierum
contentarum sub illis in singulis praedicamentis in quibus invenitur ratio
205 mensurae secundum unum mensurans et multum mensuratum, et hoc
usque ad individuales habitudines inter unitates et multitudines indivi-
duales mensurantes et mensuratas. De distinctione autem relationum
communium erit sermo inferius. | Bad. 199^R

Breviter ergo dico ad quaestionem quod relationes communes sub
210 generalissimo relationis distinguuntur secundum genus subalternum ab
aliis, in hoc universali quod primum genus relationis subalternum est
quod est in activis et passivis, et secundum condividens idem genus
generalissimum | contra illud primum, dividitur in duas species subal- K" 153^{ra}

- ternas, quarum prima est in substantia numerorum inter unum et multum, secunda inter accidentia numerorum causata ab uno et multo, quae ulterius in species distinguitur, ut infra videbitur. Et secundum hoc concedenda est tertia ratio pro parte ista adducta. | 215
- Bad. 199^S Sunt autem ex dictis hic duo advertenda, quorum primum est quod magis differunt secundum genus relationum et similiter consequenter et primo quam ipsa, scilicet secundum genus et tertium inter se. Et hoc eo quod haec duo sub una differentia cadunt. Secundum est quod etiam magis differunt inter se relativa primo genere relationis quam secundo aut tertio, et hoc quia potentia et actus sunt principaliores differentiae entis quam unum et multum. Propter quod comparando in creaturis relativa | primo genere relationis et tertio inter se, dicit 225
- Scarp. 1182b BOETHIUS libro I^o De Trinitate cap.^o 14^o: «*sciendum est non talem semper esse praedicationem relativam, ut semper ad differentias praedicetur, sicut servus est ad dominum.*» COMMENTATOR: «*Haec enim nomina et res illae significatae, scilicet servitus et dominium, | et illa de quibus dicuntur, differunt.*» Et post pauca: «*Quantitates autem et qualitates secundum quas aequalia et consimilia dicuntur, non adeo diversae sunt sicut potestas et vilitas secundum quas ille dominus, iste servus dicuntur. Sed quodammodo | unum sunt, non quidem ea quae ex singularitate est unitate, sed ea quae ex proportionem comparatur unione.*» | 230
- B^u 130^r Bad. 199^VT Propter quod etiam consimiliter dico quod comparando in creaturis relativa primo genere relationis et tertio inter se, unum et multum in substantia numerorum secundum quae mensura et mensuratum dicuntur relativa, non adeo diversa sunt sicut activum et passivum, sed quodammodo unum sunt, non quidem ea quae ex singularitate est unitate sicut contingit in identitate numerali, nec ea quae comparatur ex unione, scilicet in eodem secundum speciem | aut genus, sicut contingit in identitate specie vel genere, et specialiter in aequalitate et similitudine. Sed, sicut dicit COMMENTATOR super finem 3ⁱ cap.ⁱ De Trinitate BOETHII, | comparando Deum ad creaturas secundum rationem mensurae et mensurati: quaedam exempla «*ab exemplari conformativa deductione, non quidem plena in tota sui substantia, aut in parte suae substantiae semiplena substantiali similitudine qua aeternis temporalia nullatenus conferri possunt, sed quadam extra substantiam imitatione*» «*ea unitate quae ex sola proportionem comparatur et imitatione substantiali similitudine*». Nota quod dicit de similitudine in comparatione inter Deum et creaturam secundum rationem mensurae et mensurati, quod non est in tota substantia aut in parte substantiae, sed omnino extra substantiam, scilicet mensurae «*conformativa deductione.*» Quia comparatio secundum similitudinem | inter creaturas secundum rationem mensurae et mensurati, licet non sit in tota substantia, est tamen in parte substantiae scilicet semiplena, substantiali 235 240 245 250
- K^u 153^{rb}

- 255 tamen similitudine quadam, et conformativa deductione qualis est inter
unitatem et numerum constitutum per unitatum replicationem. In
quolibet enim numero recipitur aliquid formae unitatis, deficienter
tamen a perfectione quam habet in simplicitate | unitatis; sed hoc S' 247^{va}
260 secundum plus et minus, quia quanto numerus magis elongatur ab
unitate, tanto in illo plus deficit forma unitatis. Unde numerus non
denominatur talis vel talis a pluralitate suarum unitatum quia illas ma-
terialiter continet, sed a forma unitatis sub qua illas continet. Propter
quod dicit | PHILOSOPHUS V^o Metaphysicae quod numerus Scarp. 1183a
denarius non est decies unum sed semel decem.
- 265 Et similiter comparando relativa secundo genere relationis et
tertio, dico quod relativa, maxime fundata super unum in tertio genere
relationis, non adeo diversa sunt sicut relativa secundo genere relationis
scilicet mensurationis, quia plus unum sunt relativa tertio genere relatio-
nis quam secundo. Relata enim tertio genere relationis relatione fundata
270 super unum, sunt unum: aut ea | quae ex singularitate est unitate, aut ea B" 130^{tb}
quae comparatur ex unione secundum quod inferius declarabitur. Illa
autem quae sunt relativa secundo genere relationis, scilicet sicut men-
sura et mensuratum, sunt unum sola unitate, et quod minus est, unione
quae ex sola proportionem et imitationem comparatur. | Bad. 199^v

275 <AD ARGUMENTA>

- Ad primum in oppositum quod «*relationes communes non distinguuntur
ab aliis secundum genus aut speciem, quia distinctio earum est per accidens ab aliis
sub genere relationis, quia per res alterius generis*», dico quod aliquid distingui-
tur per res alterius generis ab alio dupliciter. Uno modo sicut subiectum
280 illarum rerum, ut homo per hominem album et hominem nigrum, et ista
distinctio, ut procedit obiectio est per accidens. Alio modo sicut conse-
quens essentialiter ad subiectum per res illas alterius generis, sicut in
proposito ad hunc hominem album in quantum est albus, et ad alium
hominem similiter album in quantum est albus, sequitur simile. Similiter
285 ad unum hominem nigrum et ad alium hominem album sequitur dissi-
militudo, et sic in ceteris contentis sub generalissimo | relationis ex parte Q 112^{va}
relationum | communium; et quae sic distinguuntur, essentialiter E' 130^{vb}
distinguuntur. Quia licet distinctio communis generalissimi in talibus sit
per additamentum ut dictum est, et quoad hoc non in tantum essentia-
liter fit distinctio | secundum | genera et species in relationibus istis K" 153^{va}
290 sicut in absolutis, quia tamen ipsum fundamentum per quod fit addita- I' 337^{tb}
mentum illi communi quodammodo subintrat rationem respectus non

dando ei realitatem, quia similitudo fundata super qualitatem qualitas est quoquo modo, secundum illud dictum usitatum: «*similitudo est rerum differentium eadem qualitas*». Idcirco ergo albo uni in ordine ad alium album 295
similitudo est essentialis quasi secundum tertium modum dicendi per se. Et sicut hoc dico de similitudine, consimiliter et hoc dico de aliis relationibus omnibus communibus et propriis.

Et per hunc modum, si relatio quae est praedicamentum consideretur ut universale abstractum a suis speciebus proximis, sicut illae non 300
solum significant respectum sive esse ad aliud simpliciter, sed realitatem | contractam a fundamentis diversis, sic genus generalissimum, quod est relatio, non significat nudum respectum sive modum qui est ad aliud esse, sed etiam realitatem in universali contractam a fundamentis illis in 305
suis speciebus. Et licet a diversis generibus praedicamentorum absolutorum contrahatur ista realitas, contrahitur tamen secundum unum modum generalem in potentiis quibuscumque, et in mensuris quibuscumque et in relationibus communibus quibuscumque. Quemadmodum enim ratione unius sequitur aequale in magnitudine, sic ratione unius
B" 130^{va} sequitur simile in qualitate. Et per hoc, | licet in eodem non univocentur 310
quantitas et qualitas, univocantur tamen in eodem aequalitas et similitudo, ut inferius amplius patebit. |
Bad. 199^{vx}

Per hoc patet ad secundum quod «*relationes communes omne genus circueunt ergo a nullo secundum genus et speciem distinguuntur*», dico enim | 315
quod verum esset si non haberent ullo modo unam et eandem rationem causandi illas in generalissimo, sicut verum esset de relationibus communibus et non continentur sub uno genere communi subalterno si non haberent unum modum communem, licet minus generalem causandi omnes relationes communes in subalterno, scilicet per unum et multum, ut infra patebit. Et sic bene distinguuntur secundum genus et speciem 320
subalternas relationes communes ab illis, quae similiter circueunt omne genus quoad fundamenta sua, in quantum scilicet istae et illae sub ratione una generalissima communi omnibus continentur, quae est ad aliud esse secundum praedicta. Sicut et una ratione magis speciali fundantur relationes diversae super diversa praedicamenta, quia ratione 325
multi aut unius | relationes communes et similiter relationes in potentiis una alia ratione speciali, scilicet quia ratione activi et passivi, et similiter in mensuris, scilicet quia ratione perfecti et diminuti ut patet ex dictis. |
K" 153^{vb}
S' 247^{vb}
Scarp. 1185a

ARTICULUS LXIV

DE COMPARATIONE RELATIONUM COMMUNIORUM INTER SE

Sequitur de comparatione relationum communiorum inter se, ubi
quaerenda sunt quattuor. Primum utrum inter se differant. Secundum
5 utrum inter se differant secundum rem aut secundum rationem. Tertium
utrum differant inter se secundum genera aut species. Quartum utrum
illae quae sunt in eodem genere secundum rem secundum tres modos
relationum communiorum | differant specie aut genere ab illis quae sunt
in eisdem secundum rationem. |

Q 112^{vb}Bad. 200^{ra}

Scarp. 1185a

<QUAESTIO 1

UTRUM RELATIONES COMMUNES INTER SE DIFFERANT >

Circa primum arguitur quod tres modi relationum communiorum,
scilicet identitas, aequalitas et similitudo, non differant neque distin-
5 guuntur inter se nec in divinis nec in creaturis sic: communes relationes
non differunt neque distinguuntur nisi secundum illa in quibus fundan-
tur, quia nonnisi secundum illa plurificantur, ut patet ex praedictis et
amplius patebit in dicendis; sed per illa nequaquam distinguuntur nec in
divinis nec in creaturis.

10 Non in divinis quia in divinis identitas, aequalitas et | similitudo
fundantur super idem penitus. Tres enim personae divinae sunt idem in
substantia quia sunt eadem in substantia, et sunt idem in quantitate quia
sunt eadem quantitas, et sunt idem in qualitate quia sunt eadem qualitas.
Et substantia quantitas est et qualitas et e converso.

I' 337^{va}

15 Similiter sunt aequales in substantia, quia omnes perfectiones
substantiae sunt immensae, et similiter in quantitate et qualitate.

Similiter similes sunt in substantia eo quod substantia divina est
forma substantialis. Communicantes autem eandem formam | sub-
stantialem similes dicuntur secundum illam, puta | Petrus et Paulus
20 secundum humanitatem.

B" 130^{vb}

Scarp. 1185b

Sunt etiam similes in quantitate, quia non est magnitudo in divinis
mole, et secundum AUGUSTINUM De Trinitate: «*in his quae non sunt
mole magna, idem est maius esse quod melius*». Melius autem sicut bonum
nonnisi in qualitate dicitur; magnitudo ergo in Deo qualitas est. Secun-
25 dum qualitatem autem dicitur simile, ergo et in Deo secundum magnitu-
dinem dicitur simile. Similiter nec per fundamenta distinguuntur nec

differunt identitas, aequalitas et similitudo in creaturis per eandem rationem, quia diversi secundum substantiam dicuntur iidem aequales et similes, puta duo homines.

Similiter secundum quantitatem et qualitatem, quia habentes eandem quantitatem et qualitatem idem sunt, ut videtur in quantitate et qualitate, sicut habentes eandem substantiam idem sunt in substantia. Et similiter secundum quantitatem non solum dicuntur aequales propter paritatem quantitatum, sed etiam similes propter paritatem in gradu perfectionis. | Et etiam secundum qualitatem etiam non solum dicuntur similes propter qualitatem, sed aequales propter paritatem in gradu qualitatis quo dicuntur perfecte similes.

Praeterea, si illae relationes communes different secundum differentiam fundamentorum, | cum illa in creaturis differant genere, scilicet substantia, quantitas et qualitas, quare et ipsae relationes communes different genere, quod falsum est, cum omnes ad genus relationis pertineant secundum praedicta, etiam in creaturis sed maxime in Deo, quia in illo illa tria, scilicet substantia, | quantitas et qualitas, nec genere nec specie nec numero differunt. Quare et illae relationes communes in Deo nec genere nec specie nec numero differrent, et sic in nullo different in Deo omnino, nec idcirco essent plures relationes; consequens falsum est secundum praedicta; ergo etc.

Idem arguitur specialiter in divinis ex eis quae reperiuntur in creaturis sic: sicut in creaturis quod est commune secundum rationem est, sic in Deo quod est commune est secundum rem, secundum DAMASCENUM libro I^o cap.^o 11^o; sed idem, aequale et simile, quae in creaturis sequuntur ad commune secundum rationem, inter se non differunt nec distinguuntur, puta cum in humanitate Petrus et Paulus dicuntur idem, aequale et simile, ergo consimiliter idem, aequale et simile, quae in divinis sequuntur commune | secundum rem, puta cum Pater et Filius et Spiritus Sanctus dicuntur idem, simile et aequale; ergo etc. Unde et PHILOSOPHUS V^o Metaphysicae | de relationibus communibus identitatis, aequalitatis et similitudinis dicit sic: «omnia dicuntur secundum unum modum».

Contra est id quod COMMENTATOR super illo verbo V^o Metaphysicae dicit sic: «id est et proprium est istis tribus generibus relativorum» etc., ut supra articulo, id est de relationibus communibus, in principio corporis solutionis ad quaestionem primam: si enim sunt tria genera relativorum, | necessario differunt. |

<SOLUTIO>

65

Dico secundum praedicta in corpore dictae solutionis quod postquam identitas, aequalitas et similitudo sint plures relationes communes, ut dictum est in secunda quaestione eiusdem articuli, necesse est ponere quod sunt diversae inter se. Uterius autem postquam conveniunt in genere relationis, quia omnes sunt relationes et differunt ab aliis relationibus, ut declaratum est per totum illum articulum, necesse est ponere quod etiam inter se distinctae sunt et differentes, et secundum quod tactum est in secunda quaestione articuli praecedentis de differentia relationum communium ad relationes non communes. Differentia autem relationum communium inter se ad praesens debet sumi neque penes relata neque penes fundamenta, de quarum differentia secundum illa erit sermo inferius, quae sunt quasi causa materialis talium relationum, sed solummodo penes rationes causae formalis aut penes agens huiusmodi formas, quae quidem formae sunt huiusmodi relationes aut respectus quibus relata referuntur. Et dico iuxta dicta in illa quaestione quod relationes communes differunt et distinguuntur secundum tria genera sive tres modos relationum differentes secundum formam. Diversos enim respectus sive relationes important genera relationum communium diversa; et qualiter hoc, declarabitur in quaestionibus sequentibus. Et secundum hoc concedenda est ultima ratio iam adducta.

S' 248^a
I' 337^{ab}
Scarp. 1186b
K" 154^{tb}
Bad. 200^c

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «*relationes communes non distinguuntur penes fundamenta quare non distinguuntur omnino quia nonnisi penes illa multiplicantur*», dico quod immo per sua fundamenta distinguuntur, licet non formaliter sed solum quia ab illis rationes suas formales trahunt originaliter et complete ut contingit in relationibus realibus, vel originaliter tantum et complete a ratione, ut contingit in relationibus secundum rationem, secundum dicta in secunda quaestione articuli praecedentis. In quibus respectus qui originaliter habent esse ex fundamentis, quandoque sic habent esse ex illis ut ex fundamentis, et etiam ex eis habent esse sicut ex illis quae per eos referuntur et sunt simul fundamenta et relata, sed quandoque in eis nulla existit relatio secundum esse neque rei neque rationis, sed secundum dici tantum, qualis est inter partem et totum et inter substantiam et accidens. Quandoque vero existit in eis relatio secundum esse rationis tantum, ut universaliter contingit in relationibus primo modo identitatis; quandoque vero

B ^m 131 ^{rb}	respectus qui habent originaliter esse ex fundamentis sic habent esse ex illis ut tantum non sint ex illis quae per eos referuntur, sed quae sunt aliquid ipsorum relatorum, ut contingit in secundo modo identitatis et universaliter in similitudine et in aequalitate eorumque contrariis. Quandoque vero non habent esse originaliter ab illis quae per eos referuntur neque ab illis quae sunt aliquid eorum, sed solummodo ab illis sive ex illis ad quae referuntur, ut universaliter contingit in relationibus quae sunt per accidens secundum esse rationis, puta mensurae ad mensuratum, et columnae ad animal secundum dextrum et sinistrum, secundum quod haec amplius patent ex distinctione relationum realium et rationalium supra de relationibus articulo 1 ^o quaestione quarta et quaestione secunda articuli praecedentis.	105
Q 113 ^{rb} I ^r 338 ^{ra} Bad. 200 ^{vd}	Quod autem arguitur quod « <i>in divinis</i> relationes communes non differunt penes sua fundamenta quia <i>fundantur super idem penitus</i> , eo quod <i>tres personae sunt eidem</i> , aequales et <i>similes secundum substantiam, quantitatem et qualitatem</i> », dico de identitate quod multum refert aliqua dicere eadem esse in substantia, quantitate et qualitate, et esse eadem secundum haec, quia eadem possunt dici in aliquo quaecumque commune essenziale habent unum aliquid et sunt illud essentialiter, puta quae habent commune aliquid unum genere aut specie aut numero et sunt illud denominatione essentiali, puta homo et asinus in animali sunt idem, Petrus et Paulus in homine, et similiter Pater et Filius in deitate. Quod contingit solummodo in substantia circa creaturas, nequaquam autem in quantitate aut qualitate, quia licet aliqua communiter habeant illa, non tamen habent aliquid illorum ut commune illis essenziale et ut illa quae sunt illa essentialiter. Puta Petrus et Paulus habent inter se communiter albedinem, non tamen habent albedinem ut aliquid eis commune essenziale, nec ipsi sunt albedo licet sint albi denominatione accidentali, de quibus nequaquam potest dici quod sint idem in quantitate aut qualitate neque quod sint eadem quantitas aut qualitas.	115
Scarp. 1187a		120
K ^m 154 ^{va}		125
E ^r 131 ^{rb}		130
	Circa divinas autem personas illud indifferenter contingit in substantia, quantitate et qualitate, eo quod in divinis habens semper est id quod habetur. Et ideo quidquid communiter habetur a divinis personis, est eis ut commune secundum rem et essenziale illis, et ipsae sunt communiter illud. Et ideo generaliter verum est in divinis personis quod sunt eadem in substantia, in quantitate et qualitate, quia sunt eadem substantia, eadem qualitas et eadem quantitas. Eadem autem non possunt dici aliqua esse secundum aliquid nisi illud sit substantia quae communiter est illa ut contingit in primo modo identitatis, aut quae communiter habita ab illis ut aliquid illorum ut contingit in secundo modo identitatis, secundum quem modum dicuntur aliqua aequalia	135
S ^r 248 ^{rb}		140
Bad. 201 rd		

- secundum quantitatem, quia ipsa communiter est habita ab illis ut
145 aliquid eorum, et similiter similia secundum qualitatem, secundum quod
haec | patebunt loquendo de relationibus communibus in comparatione B" 131^{va}
ad relata per illas, ubi declarabitur qualiter aliquod unum potest referri
per identitatem ad se ipsum secundum substantiam, et etiam ad aliud,
licet secundum diversos modos identitatis. Nihil autem potest referri ad
150 se ipsum per aequalitatem aut similitudinem secundum quantitatem aut
qualitatem, sed solummodo ad aliud. Et sic neque in divinis neque in
creaturis aliqua dicuntur eadem secundum quantitatem aut qualitatem,
neque in creaturis aliqua duo subiecta sunt eadem quantitas aut eadem
qualitas. In divinis autem personae sunt eadem substantia et sunt | Scarp. 1187b
155 eadem secundum substantiam, sed non ex hoc sunt eadem secundum
substantiam, quia scilicet sunt eadem substantia, sed solummodo quia
substantia illa est aliquid amborum, secundum quod infra patebit, licet
bene dicantur eadem in substantia quia sunt substantia una, sicut iam
dictum est. Et sic quoad identitatem falsa sumpta sunt in argumento. | Bad. 201^{rE}
160 Quod arguitur quod «tres personae divinae | *sunt aequales in*
substantia, quantitate et qualitate, quia secundum illa sunt immensae», dico
quod quantitas large accipitur cum dicitur quod aequale sequitur unum
in quantitate, scilicet ad quantitatem molis et ad quantitatem virtutis, ut
patebit infra disputando de relationibus communibus in comparatione
165 ad eorum fundamenta. Et penes istam quantitatem virtutis in mensura
et mensuratis, sumitur secundum genus relationis | inter mensuram et Q 113^{va}
mensuratum, ut habitum est supra, et penes quantitatem in mensuratis | K" 154^{vb}
sumitur aequale et inaequale pertinens ad tertium genus relationis. Et
hoc sive talis quantitas sit molis sive virtutis, et hoc sive talis quantitas
170 virtutis habeat esse in substantia sive in qualitate sive in quocumque alio
praedicamento, licet diversimode secundum hanc quantitatem et 'quali-
tatem' molis, et hoc secundum modum diversitatis illarum, secundum
quod haec omnia infra patebunt. Et aequalitas secundum utramque
quantitatem multum differt ab identitate et similitudine, quoniam identi-
175 tas sumitur a substantia secundum id quod est, et similiter similitudo
sumitur a qualitate secundum id quod est qualitas, sed aequalitas sumitur
aut secundum id quod est quantitas et differens a substantia et qualitate,
aut secundum gradus perfectionis vel quasi gradus in illis existentes, ut
amplius patebit inferius. | Bad. 201^{rF}
180 Quod vero arguitur quod «tres personae sunt similes *in substantia,*
quantitate et qualitate», dico quod nequaquam sunt aliqua similia in sub-
stantia, etiam extensa similitudine ad essentialem et accidentalem, nisi in
substantia quae est differentia et qualitas | substantialis quae continetur B" 131^{vb}
sub communi nomine qualitatis, quando dicitur simile sequi ad unum in

	qualitate, ut infra patebit. Et secundum quod aliquid est differentia et	185
	substantialis qualitas, non habet rationem substantiae ut secundum	
	ipsam dicatur aliquid idem, sed solummodo secundum speciem per	
	differentiam constitutam habentem rationem substantiae compositae,	
	dicuntur individua sub illa contenta esse eadem. Unde Petrus non	
	dicitur similis similitudine essentiali Paulo humanitate nisi ratione ratio-	190
	nalitatis quam continet, sed idem dicitur illi per se humanitate. Unde	
Scarp. 1188a	contenta sub generalissimo eadem dicuntur secundum illud et in illo,	
	non autem similia, quia generalissimum non constituitur per differen-	
	tiam aliquam nisi ens esset genus et descenderet per differentias in	
	generalissima. Et per eandem rationem divinae personae, neque in	195
	substantia neque secundum substantiam, dicuntur esse similes, quia	
	substantia non contrahitur in illis sicut genus per differentias. Licet enim	
	proprietates relativae respectu substantiae divinae sunt quasi differentiae	
	constitutivae personarum, quae sunt veluti individua diversarum specie-	
	rum, non tamen contrahunt substantiam deitatis sicut universale sive	200
Bad. 201 ^{CG}	genus ad speciem, ut supra declaratum est.	
	Quod autem assumitur in argumento quod «in divinis <i>substantia</i> est	
	<i>quantitas, qualitas et e converso</i> », dico quod verum est secundum rem, et	
	ideo secundum rem non differunt in Deo illae relationes tres. Differunt	
	tamen secundum rationem in quantum substantia, quantitas et qualitas	205
	in Deo secundum rationem differunt, ut tactum est superius in quaes-	
	tione de pluralitate relationum communium in divinis, specialiter arti-	
Bad. 201 ^{CH}	culo I ^o .	
	Quod autem arguitur quod «divinae personae sunt <i>similes</i> secun-	
	dum quantitatem, quia ibi quantitas est qualitas, eo quod <i>in eis quae non</i>	210
	<i>sunt mole magna</i> , qualia sunt omnia quae sunt in divinis, <i>maius esse est melius</i>	
I' 338 ^{va}	esse, <i>melius autem</i> ad qualitatem pertinet», ad hoc respondebitur infra	
K" 155 ^{ra}	articulo 69 ^o quaestione 1 ^a in dissolutione rationis 3 ^{ae} . Per iam dicta	
S' 248 ^{va}	de divinis patet responsio ad consimilem modum argumentandi iam	
Bad. 201 ^{CI}	dicto in creaturis adductum in argumento.	215
	Ad secundum « <i>si relationes communes distinguerentur secundum funda-</i>	
Scarp. 1188b	<i>menta, different genere</i> praedicamenti sicut et illa», dico quod verum est si	
	in illis solis et praecise distinguerentur ut singulum secundum se consi-	
Q 113 ^{vb}	deratur, et sic in ipsis fundarentur, nec haberent rationes formales	
	differentes secundum habitudinem quae est ad aliud esse, qua ad unum	220
	praedicamentum aliud ab illis fundamentis pertinent. Quae quidem	
E' 131 ^{va}	relationes non sunt nisi quaedam habitudines relationis secundum illa	
B" 132 ^{ra}	fundamenta illorum quorum sunt, et fundantur in illis singulis non	
	secundum se sed in ordine quodam consideratis secundum rationem	
Bad. 201 ^{CK}	unius et multi ut infra videbitur.	225

Ad tertium quod «*idem, aequale et simile quae sequuntur unum commune secundum rationem, non differunt in creaturis, ergo nec in Deo, cum sequuntur in illo unum commune secundum rem*», dico quod immo in creaturis differunt sub genere relationum communium, licet sequuntur unum commune secundum rationem, et hoc quia diversimode et secundum diversas rationes sequuntur illud, quia identitas sequitur illud ratione totius naturae speciei, aequale autem ratione gradus perfectionis | in illa; simile autem ratione differentiae constitutivae speciei, secundum quod iam supra dictum est. Et secundum eundem modum differunt in Deo identitas et aequalitas, quando aequalitas fundatur in Deo super quantitatem perfectionis; sed alius est modus quando fundatur super quantitatem attributalem in Deo. Similitudo autem secundum illum modum non est in Deo, quia non est in illo nisi fundata super qualitatem attributalem, eo quod non est in Deo ratione differentiae in ipsa essentia deitatis, sicut est in homine in ipsa essentia humanitatis, quia, ut dictum est, deitas non contrahitur per aliquam differentiam in Patre et Filio et Spiritu Sancto. |

Bad. 201^{vk}

Bad. 201^{vl}
Scarp. 1189a

<QUAESTIO 2

UTRUM GENERA RELATIONUM COMMUNIORUM DIFFERANT INTER SE SECUNDUM REM AN SECUNDUM RATIONEM>

Circa secundum arguitur quod genera relationum communiorum differunt inter se secundum rem, non secundum rationem tantum sic: relationes quae inter se differunt absque omni opere et consideratione rationis differunt secundum rem et non secundum rationem tantum, quia differentia secundum rationem non est absque opere et consideratione rationis; tria genera relationum communiorum sunt huiusmodi, tam in creaturis in quibus hoc manifestum est propter realem differentiam fundamentorum suorum, quae sunt substantia, quantitas et qualitas, quam in divinis, quia personae divinae tres eadem sunt aequales et similes verius quam aliqua in creaturis, sicut dictum est in parte supra, et amplius exponetur infra; verius autem sunt eadem aequalia et similia quae sunt talia absque rationis consideratione a natura rei quam quae ex rationis consideratione; ergo etc.

Secundo arguitur quod non differant inter se nisi secundum rationem tantum, sic differentia sive quae differunt, illis differunt quibus habent esse; et non illa differunt | substantialiter quae differunt illis quibus habent esse substantialiter, et illa differunt accidentaliter quae

K" 155^{rb}

differunt illis quibus habent esse accidentaliter; sed idem, aequale et simile, licet habeant esse a substantia, quantitate et qualitate; hoc tamen non est immediate nisi per | unitatem, quia | immediate habent esse ab unitate in substantia, quantitate et qualitate, ut iam tactum est in parte et
 I' 338^{vb}
 B" 132^{rb}
 Scarp. 1189b
 iam amplius declarabitur inferius; sed unitas non differt nisi | secundum rationem ut est in substantia, quantitate et qualitate, etiam in creaturis ubi substantia, quantitas et qualitas differunt secundum rem; sicut licet decem homines et decem equi sint diversa decem, denarius tantum est idem et unus decem hominum et decem equorum secundum PHILOSOPHUM in fine IVⁱ P h y s i c o r u m ; ergo etc. 25
 30
 Contrarium arguitur sic: relationes secundum rem quae sunt ad diversa necessario differunt inter se secundum rem, et similiter relationes secundum rationem tantum ad diversa necessario differunt inter se secundum rationem tantum, quia ad destructionem consequentis sequitur destructio antecedentis, quia relationes quae non differunt inter se
 Q 114^{ra}
 secundum rem non possunt | esse secundum rem ad diversa; relationes enim quae sunt secundum rem et ad idem, inter se non differunt nisi secundum rationem, puta in Filio esse genitum et esse Verbum et esse imaginem, relationes sunt secundum rem et ad idem, scilicet ad Patrem, et inter se non differunt nisi secundum rationem, secundum quod supra
 40
 est determinatum; et consimiliter est de relationibus secundum rationem, quia relationes quae non differunt inter se secundum rationem tantum sed secundum rem non possunt esse secundum rationem tantum ad diversa; relationes enim quae differunt inter se secundum rem et sunt ad diversa, necesse est esse ad diversa secundum rem, puta in
 45
 divinis generatum esse et spiratum esse, ad generantem et spirantes; et est Pater, in quantum generat, differens a se ipso re relationis in quantum est spirans; ergo etc. |
 Bad. 201^{vm}

<SOLUTIO>

Dico, secundum quod tactum est in solutione 2^{ae} quaestionis 50
 S' 248^{vb}
 Scarp. 1190a
 articuli praecedentis, | quod supposito ex quaestione proxima praecedenti quod sit differentia relationum communium inter se, quaestio ista quaerit quo | et quomodo differunt. Et sic, ut etiam tactum est in solutione quaestionis proximae praecedentis, non quaerit quaestio ista nisi de differentia illarum secundum formam respectuum, et secundum
 55
 agens causans in illis huiusmodi diversitatem. Et patet ex dictis in dicta quaestione praecedentis articuli quomodo illae relationes, quae in istis generibus sunt secundum rem, differunt ab illis quae sunt sub eisdem secundum rationem tantum. Quia illas, quae sunt secundum rem,

60 omnino operatur natura; illas vero quae sunt secundum rationem, aut omnino aut complete, operatur ratio, et sic differunt ex parte agentis.

Formaliter autem semper illae quae sunt sub eodem genere differunt differentia disparationis inter se ab illis quae sunt sub alio genere, ut patebit in sequenti quaestione. Et illae quae sunt sub uno
65 horum | generum, sive sint secundum rem sive secundum rationem, differunt secundum genus causae formalis ab illis | quae sunt sub alio genere et secundum rem et secundum rationem, reddendo singula singulis, secundum quod expositum est de differentia relationum communium ad alias in quaestione 2^a praecedentis articuli.

K" 155^{va}B" 132^{va}

70 Quare autem et quomodo semper in divinis sola ratione dicti tres modi relationum communium inter se differant, et in creaturis quandoque secundum rem quandoque vero secundum rationem tantum, patebit inferius. Et secundum hoc concedenda est ratio ultimo adducta. |

Bad. 201^{vn}

<AD ARGUMENTA>

75 Ad primum | in oppositum quod «tria genera relationum communium tam in Deo quam in creaturis differunt inter se absque omni consideratione rationis», dico quod non est verum quando fundantur in uno a proprietate unitatis dicto, quod semper contingit in divinis ubi idem re singulari sunt substantia, quantitas et qualitas in tribus personis.
80 Et ideo sola ratione differunt inter se, ut supra declaratum est circa distinctionem divinatorum attributorum, et adhuc infra amplius declarabitur. Contingit etiam semper in creaturis | quando est relatio identitatis alicuius | ad se ipsum, sive sit unum secundum rationem generis sive secundum rationem speciei sive secundum rationem individui. Et hoc
85 quia sola ratione in tali relatione differunt fundamenta relationum et ipsa relata. Sed illud solummodo verum est in creaturis quando est realis differentia illorum super quae fundantur, tunc enim intellectus illa invenit distincta. |

I' 339^{ra}Bad. 202^{rn}E' 131^{vb}Bad. 202^{ro}

90 Quod autem arguitur ulterius quod «etiam in divinis, ubi fundantur in eodem singulari, *secundum rem differunt absque rationis consideratione*, quia verius habent esse in | Deo quam in creaturis», dico quod bene sequeretur istud, scilicet identitas, aequalitas et similitudo, verissime habent esse in Deo, ergo verissime et maxime differunt si differentia illorum acciperetur ratione illa qua habent verissime | esse in Deo. Cum
95 enim ea ratione aliqua differunt qua habent esse illa quae verius habent esse et perfectius, verius et perfectius differunt, ut contingit in illis quorum esse differentia sumitur a formis absolutis. In absolutis enim,

Scarp. 1190b

Q 114^{rb}

quae verius et perfectius existunt, verius et perfectius inter se differunt, quemadmodum verius et perfectius inter se differunt et distinguuntur suis formis absolutis substantiae spirituales separatae, quam substantiae corporales communicantes in materia. 100

Nunc autem secus est in divinis de relationibus communibus, quia in illis alia ratione habent esse et verissime esse dicta genera relationum communium, alia vero ratione habent inter se distingui, quia alio sunt, alio vero distinguuntur. Quod enim sunt aliquae relationes communes, hoc habent ab uno et multo communiter. Quod vero differant et distinguantur inter se, hoc habent a suis | fundamentis quae sunt substantia, quantitas et qualitas. Unde quod | in divinis verissime sunt relationes communes, hoc non contingit nisi ex summa unitate fundamentorum in relatis. Inter divinas enim personas verissima est identitas, quia maxima substantiae unitas; verissima aequalitas quia maxima quantitatis unitas et verissima similitudo quia maxima qualitatis unitas. Ex parte autem talis unius nec accipitur differentia identitatis ad identitatem, nec similitudinis ad similitudinem, secundum quod inferius erit sermo de hoc. Nec enim accipitur differentia identitatis et similitudinis inter se, sed ex parte fundamentorum praedictorum a quibus originantur et originaliter habent rationes diversorum | respectuum formalium secundum praedeterminata, quos complete habent a rationis consideratione, ut inferius declarabitur. Propter quod non sequitur quod in divinis verius differant | et perfectius illa tria genera relationum, licet verius et perfectius habeant esse in divinis quam in creaturis. | 105 110 115 120

B" 132^{vb}
K" 155^{vb}
S' 249^{ra}
I' 339^{rb}
Bad. 202^{rp}

Ad secundum quod «*differentia differunt illis quibus habent esse*», dico quod aliquo differre est dupliciter, scilicet aut formaliter aut causative. Formaliter differunt relationes communes ipsis respectibus quos important, quibus et formaliter sunt id quod sunt; et de tali differentia vera est maior ut procedit eius probatio. De differentia autem qua aliqua differunt causative non est verum nisi in illis quae ab eodem et eadem ratione habent esse et differre, quod non contingit in | relationibus communibus, sicut iam expositum est. Et de hac differentia procedit minor propositio, assumens bene et rationabiliter quod relationes communes habent esse principaliter in creaturis ab unitate, quae tamen, ut dictum est, principaliter habent esse causative a differentia substantiae, quantitatis et qualitatis inter se, et non ab unitate nisi quia ipsa unitas differt in illis tribus. Unde verum est illud assumptum quod genera relationum communium non habent esse a substantia, quantitate et qualitate, et hoc neque originaliter neque complete et immediate, sed solummodo mediate et ab unitate exemplate in illis immediate. 125 130 135

Scarp. 1191a

- Sed quod ulterius adiungitur quod «*unitas in substantia, quantitate et qualitate non differunt nisi secundum rationem*», dico quod verum est, propter quod ista tria genera relationum communium non differunt in Deo nisi secundum rationem, sicut non nisi secundum rationem differunt in illo substantia, quantitas et qualitas. Sed non est verum in creaturis, immo in illis unitas differt secundum rem, non solum quae est in substantia ab illa quae est in quantitate, sed etiam quae est in diversis substantiis | una ab alia eorum quae inter se referuntur identitate, et in diversis quantitativibus et qualitativibus eorum quae referuntur inter se aequalitate et similitudine. |
- Quod arguitur in contrarium quod «*denarius est | unus diversorum decem*, ergo et unitas est una diversorum unorum | quae sunt *substantia, quantitas et qualitas*», dico quod denarius aut unitas possunt intelligi aut quoad esse et considerationem illorum mathematicae, aut quoad esse et considerationem eorum naturaliter. Si primo modo, cum esse rei mathematicae sit abstractum secundum considerationem a materia sensibili ut est sensibilis, et in universali et in particulari, secundum tale esse et considerationem non est unitas nisi una numero, neque denarius nisi unus numero plurium numerorum. Et sic loquitur PHILOSOPHUS IV^o P H y s i c o r u m , quia plurificari non habet nisi per esse suum in materia aut in subiecto ab agente, et non habet esse tale nisi in consideratione qua applicatur rebus extra, ipsas mensurando et numerando ut mensura extrinseca. Sed hoc modo non loquitur de denario in IV^o P h y s i c o r u m sed secundo modo.
- Cum enim esse naturale non sit nisi in re naturali, et non abstractum ab illa nisi abstractione logica, scilicet universalis a particulari, et hoc non a materia sensibili simpliciter sed a materia sensibili hac vel illa, secundum tale esse non est denarius unus numero, neque unitas una numero nisi prout habet esse in re eadem | numero. Sed est in diversis solummodo unus vel una secundum speciem, puta unus denarius | decem hominum, et alter unus denarius decem equorum, et similiter una unitas in uno homine et altera in uno equo.
- Et secundum primum modum unus numerus numerans | est plurium numerorum et una unitas plurium unorum, et hoc in creaturis. E contra illi quod contingit in divinis, ubi | sunt tres unitates relativae numerantes propter tres personas, et una numerata propter unitatem rei absolutae. Propter quod illae in creaturis constituunt numerum verum; istae autem in Deo nequaquam, dicente BOETHIO De Trinitate cap.^o 4^o: | «*quod tertio repetitur Deus, cum Pater et Filius et Spiritus Sanctus nuncupatur, tres unitates non faciunt numerum pluralem in eo quod ipsae sunt, si advertamus ad res numerabiles ac non ad ipsum numerum; illic enim*

B" 133^{ra}Bad. 202^{rQ}Q 114^{va}K" 156^{ra}E' 132^{ra}

Scarp. 1191b

I' 339^{va}Bad. 202^{rQ}Bad. 202^{rR}

unitatum repetitio facit numerum» etc. usque ibi «*non igitur si de Patre et Filio ac Spiritu Sancto tertio praedicatur Deus, idcirco talis praedicatio numerum facit*». 180
 Penes autem secundum modum plurificatur semper in creaturis numerus et unitas secundum numerum, manente tamen semper eadem unitate secundum speciem. Et est alius denarius in decem hominibus |
 B" 133^{rb} S' 249^{rb} secundum numerum et alius in decem equis, et alia unitas numero in uno homine et alia in uno equo, sed omnes specie conveniunt. Et per 185
 hoc bene secundum rem differt unitas ut habet esse in substantia et in quantitate et in qualitate in creaturis.
 Et hoc intellexit ARISTOTELES in eo quod dixit IV^o P h y s i c o -
 K" 156^{rb} r u m quod «idem est denarius decem hominum et decem equorum, | licet *decem non sit idem neque ipsa decem sint eadem*». Quod claret ex hoc 190
 quod rationem quare denarius est idem hominum et equorum dicit esse quod denarius quilibet sub una et eadem differentia numeri cadit quando numerus dividitur sicut genus in species per differentias in denarium et alias species numeri, ut enim dicit «*idem dicitur quodlibet alteri a quo non differt differentia sub eodem genere, sed non dicitur idem illi a* 195
quo differt differentia, sed potius diversum ab illo». Quod declarat per exemplum clarius in figuris dicens quod «hoc contingit in denario, scilicet quod semper est idem alteri denario, sed differt ab aliis speciebus numerorum, ut triangulus unus secundum unam speciem trianguli puta aequilaterus, et alius triangulus secundum aliam speciem trianguli puta 200
 Q 114^{vb} gradatus, *non sunt idem trianguli*; quia sub triangulo simpliciter triangulus differt a | triangulo, puta aequilaterus a quadrato. Alterius enim trianguli sunt cum *figura eadem*, quia ambo *trianguli sunt*, et cadunt sub eadem differentia figurae quando figura dividitur per angularem et rotundam». In Deo autem unitas, ut habet esse in substantia, in quantitate et in 205
 qualitate, non differt nisi secundum rationem, sicut et illa non differunt nisi secundum rationem inter se. |

Bad. 202^{vs}
 Scarp. 1192a

<QUAESTIO 3

UTRUM RELATIONES COMMUNES DISTINGUANTUR INTER SE SECUNDUM GENERA AUT SECUNDUM SPECIES>

Circa tertium arguitur quod relationes communes non distinguuntur inter se secundum genera aut species primo sic: relationes communes non differunt penes substantiam, quantitatem et qualitatem nisi mediante ratione unitatis, ut iam tactum est in quaestione praecedenti; et, ut tactum est ibidem, unitas specie non differt nec genere ut 5

est in substantia, quantitate et qualitate; quare nec relationes communes
10 fundatae in illis differunt genere aut specie.

Secundo sic: in relationibus communibus non sunt nisi duo,
scilicet quod est in eis ex fundamento, et quod est in eis ex unitate
mediante | qua fundatur in illo; sed ratione fundamentorum non
distinguuntur neque secundum genera neque secundum species, quia illa
15 sunt diversorum generum et non subalternatim positorum, et harum
relationum distinctio debet esse sub eodem genere, nec ratione unitatis
in illis, ut dictum est; quare neque ab utroque secundum modum
arguendi in Sex Principiis.

In contrarium est quod dicit COMMENTATOR «esse tria genera
20 relationum communium», ut habitum est in quaestione praecedenti. |

I' 339^{vb}

B" 133^{va}
Bad. 202^{vt}

<SOLUTIO>

Dico quod relationes communes, sicut | et aliae, necessario
distinguuntur secundum distinctionem fundamentorum et modos
fundandi in illis, ut habitum est et expositum in 3^a quaestione articuli
25 praecedentis. Quia igitur omnes relationes communes | fundantur in
tribus praedicamentis secundum unam rationem communem unitatis, ut
habitum est iam supra, idcirco dico quod relationes formales harum
relationum, secundum quas ad praesens quaeritur, illarum distinctio a
fundamentis suis trahuntur. Secundum enim quod diversificantur modi
30 fundandi relationes communes in illis praedicamentis, et modi illi
distinguuntur inter se, secundum hoc redundat ab illis distinctio formalis
in huiusmodi relationibus.

Scarp. 1192b

K" 156^{va}

Supposito ergo quod relationes omnes communes sub una
differentia generis subalterni cadunt, qua distinguuntur a relationibus
35 mensurationum quae sunt in substantia numerorum, ut dictum est in 3^a
quaestione articuli praecedentis, et sic per illam differentiam continet
illas relationes communes una species subalterna, quae genus subalter-
num est respectu illorum quae continet ut species -- genus autem omne
per duas differentias immediatas dividi debet secundum BOETHIUM in
40 libro Divisionum; igitur assignando distinctionem relationum
communium fundatarum super unum, et per illam a contrario supposito
conformem distinctionem relationum communium fundatarum super
multum, quia relationes communes, quae sequuntur unum, contrari-
antur illis quae fundantur super multum, et secundum PHILOSOPHUM
45 qui bene definiunt | *contraria consignant*, dico quod, quia, ut dictum est,
substantia, quantitas et qualitas sunt principia distinctiva relationum

Scarp. 1193a

communium tamquam illa a quibus procedunt differentiae illarum, igitur secundum illa inter se relationes communes genere et specie distinguuntur, quia aut fundantur super substantiam, et sic est genus primum relationum communium quod est identitas, aut fundantur | super dispositionem substantiae, et hoc aut super dispositionem substantiae quae est quantitas, aut super dispositionem substantiae quae est qualitas. 50

Et primo modo est aequalitas secundum genus | relationum communium; secundo modo similitudo est tertium | genus relationum communium. Et continentur istud tertium genus et secundum sub uno genere subalterno | distincto immediate ut una species subalterna contra relationem identitatis. Identitas autem tam in divinis quam in creaturis dividitur in identitatem, quae fundatur super substantiam quamcumque secundum se consideratam et identitatem fundatam super substantiam ut est aliquid alicuius, prout inferius determinabitur. Et est 55

prima identitas cuiusque ad se | ipsum, sive sit unum numero sive unum specie sive unum genere. Secunda non est nisi alterius ad alterum eandem substantiam communem habentium, vel | singularem ut divinarum personarum, vel universalem generis aut speciei ut in creaturis, prout inferius quaestione 1a sequentis articuli amplius patebit. Aequalitas autem in creaturis | distinguitur in aequalitatem substantialem et accidentalem, et in divinis in aequalitatem substantialem et attributalem, secundum quod in ipso est duplex magnitudo virtualis, ut tactum est supra in quaestione 1^a huius articuli et declarabitur infra loquendo de aequalitate in divinis specialiter. Et tam in divinis quam in creaturis quaelibet aequalitatum subdistinguitur secundum subdistinctionem quantitatis. Similitudo autem in divinis non subdistinguitur sicut nec qualitas; sed in creaturis subdistinguitur secundum quod in illis distinguitur qualitas in qualitatem substantialem et accidentalem. Et quaelibet illarum ulterius subdistinguitur secundum subdistinctionem qualitatum secundum quas accipitur similitudo, ut declarabitur in sequentibus. 60 65 70 75

Secundum hoc ergo concedenda est ultima ratio. |

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «identitas, similitudo et aequalitas non differunt secundum substantiam, quantitatem et qualitatem nisi mediante unitate, quae nec specie | nec genere differt ut habet esse in illis tribus praedicamentis», dico quod unitas tripliciter habet considerari. Primo modo secundum esse abstractum mathematicum, et sic est semper eadem numero ut est unius hominis et unius equi, sicut idem est denarius 80

85 decem hominum et decem equorum, ut dictum est in praecedenti quaes-
tione. Secundo autem modo habet considerari secundum esse mathema-
ticum ut tamen est in rebus naturalibus, et sic adhuc secundum plurifica-
tionem illorum quorum est, non plurificatur secundum speciem sed
90 secundum numerum solum, secundum quod procedit argumentum. Sed
secundum istas considerationes unius super dicta praedicamenta non
fundantur relationes communes mediante unitate. Tertio autem modo
habet considerari unitas secundum esse naturale ut est accidens naturale
et de consideratione naturalis philosophi. Sic enim sapit naturam rei
naturalis in qua est, et habet naturalitatem diversam secundum illorum
95 diversitatem, sub unica tamen ratione scilicet unitatis, ita quod propter
rationem unitatis univocantur et continentur omnes relationes commu-
nes sub uno genere subalterno relationis, et habent unam rationem
communem essendi ad aliud, et contrahunt diversas realitates a rebus
praedicamentorum in quibus fundantur, secundum quas etiam distin-
100 guuntur inter se secundum genera subalterna et species, secundum quod
tactum est supra | in fine ultimae quaestionis articuli praecedentis. Et
similiter fundantur relationes communes super tria praedicamenta
mediante unitate, non ut mediante principio distinguente, sed ut medi-
ante principio dante esse simpliciter, propter quod proprie loquendo
105 dicitur principium | causativum, non fundamentale. |

B" 134^{ra}

Q 115^{rb}
Bad. 203^{rx}

K" 157^{ra}

I' 340^{rb}

Bad. 203^{ra}
Scarp. 1194a

Ad secundum quod «relationes communes non distinguuntur secun-
dum genera aut species ratione fundamentorum, quia illa sunt diversorum generum,
et distinctio harum relationum debet esse sub | eodem genere», dico quod licet illa
fundamenta ratione sui non sint nata facere distinctionem aliquorum
110 sub eodem genere, ratione scilicet eius quod ex se sunt diversa genera, et
est non sub eodem contenta, tamen ratione unitatis communiter
existentis in illis | per quam relationes fundatae in illis reducuntur ad
idem genus secundum praedicta in quantum scilicet sunt fundamenta
relationum mediante uno, et sic quasi infundunt relationibus fundatis in
115 se suas realitates quibus illae distinguuntur in esse mediante uno, ut
scilicet quo recipiunt esse secundum praeexposita. Secundum hoc ergo
bene secundum illa fundamenta potest sumi distinctio secundum genera
et species harum relationum, prout praedictum est. |

<QUAESTIO 4

UTRUM ILLAE QUAE SUNT IN EODEM GENERE SECUNDUM REM SECUN-
DUM TRES MODOS RELATIONUM COMMUNIORUM DIFFERANT SPECIE AUT
GENERE AB ILLIS QUAE SUNT IN EISDEM SECUNDUM RATIONEM>

Circa quantum arguitur quod relationes communes secundum
 rationem existentes sub aliquo horum trium generum non differunt
 genere aut specie ab illis quae sunt relationes secundum rem sub eisdem
 primo sic: magis conveniunt ens secundum rationem existens in intel-
 lectu et ens secundum rem existens extra intellectum quam ens secun-
 dum rem affirmatum et negatum, quia affirmatio et negatio maxime
 distant; sed ens secundum rem affirmatum et negatum ad idem praedi-
 camentum pertinet, dicente AUGUSTINO V^o De Trinitate cap.^o 7^o:
 S' 249^{vb} «*Negativa particula non id efficit ut quod sine illa relative | dicitur, eadem praepo-*
sita substantialiter dicatur, sed id tantum negatur quod sine illa agebatur, sicut in
ceteris praedicamentis», secundum quod continue inducit, et sicut affirma-
 tum et negatum pertinet ad idem praedicamentum, sic et ad idem genus
 subalternum aut speciem subalternam aut specialissimam pertinet; ergo
 etc.

Secundo sic: perfectum et diminutum non diversificant genus aut
 speciem sicut neque magis et minus; sed relationes communes sub
 eodem genere relationum communium, quarum | una est secundum
 rem, alia secundum rationem, puta similitudo secundum rem et simili-
 tudo secundum rationem non differunt inter se nisi sicut perfectum et |
 diminutum, quia ens secundum rationem est ens diminutum respectu
 entis secundum rem, ut patet secundum PHILOSOPHUM VI^o Meta-
 physicae; ergo etc. |
 Bad. 203^{va}

Contra: magis differunt ab invicem ens perfectum et ens diminu-
 tum quam unum ens perfectum ab alio ente perfecto; sed in genere |
 relationis relationes secundum rationem, in quantum huiusmodi, sunt
 ens diminutum; relationes vero secundum rem sunt ens perfectum; ergo
 magis differunt sub eodem genere relationum communium relationes
 secundum rationem ab illis quae sunt secundum rem quam illae quae
 sunt secundum rem inter se; sed illae differunt inter se secundum genus
 subalternum, puta similitudo substantialis <est ut est>, aequalitas
 substantialis hominis | ad hominem in quantum homines sunt, a simili-
 tudine et aequalitate accidentalibus hominis ad hominem in quantum
 ambo sunt albi aut tricubiti; ergo etc. |
 B'' 134^{rb}
 K'' 157^{rb}
 Bad. 203^{vb}

<SOLUTIO>

Dico quod quaestio ista non quaerit nisi cum sint tria genera
 relationum communium, scilicet identitas, aequalitas et similitudo an
 quando contingit quod sub aliquo istorum, puta sub genere identitatis,
 aequalitatis et similitudinis continentur identitates, aequalitates et simili-

tudines diversae, scilicet aliqua secundum rem et alia secundum rationem, haec et illa inter se differunt sicut diversae species inter se, sive subalternae sive specialissimae, sub communi genere aequalitatis simpliciter et similitudinis et identitatis. | Et est advertendum circa hanc quaestionem ex dictis | in quaestione praecedenti circa distinctionem generis relationum communium, quod omnes relationes communes quae sunt secundum rationem, sive fuerint in divinis sive in creaturis, sive identitatis sive | aequalitatis sive similitudinis, primo et principaliter causantur ab uno dicto ab unitate singularitatis realis plurificatae secundum rationem tantum in relatis; et iuxta illud eidem dicit in divinis DAMASCENUS libro 1^o cap.^o 11^o «in omnibus talibus relationibus communibus, quae sunt secundum rationem tantum, *commune et unum re consideratur*; cognitione vero est quod secundum *divisum*», scilicet in ipsis relatis. E contra autem omnes relationes communes reales quae sunt identitatis genere vel specie causantur ab uno dicto unitate communitatis rationis plurificatae secundum rem in relatis. Et omnes relationes communes reales quae sunt aequalitatis et similitudinis in creaturis causantur ab uno dicto, non ab unitate singularitatis, sed ab unione diversorum singularium in una communitate generis aut speciei. Ita quod relationes secundum rationem causantur ab uno secundum rem, diviso in plura secundum rationem. Relationes vero secundum rem causantur ab uno unione plurium in uno secundum rationem, iuxta illud quod dicit in creaturis DAMASCENUS ubi supra, «*in omnibus creaturis divisio consideratur re, communitas autem et copulatio eorum ratione et cognitione*».

Aspiciendo igitur ad rationem unius a quo causantur relationes, tam in Deo quam in creaturis, tam secundum identitatem quam secundum aequalitatem et similitudinem, omnes relationes communes quae sunt secundum rationem specie subalterna differunt sub genere relationum communium a relationibus communibus | realibus quae causantur ab uno dicto ab unione, quamvis omnes illae quae sunt secundum rationem quae causantur ab uno dicto ab unitate singularitatis distinguantur etiam secundum species subalternas ab illis quae causantur ab uno dicto ab unitate communitatis | generis aut speciei, secundum quod haec patent ex distinctione generis relationum communium in praecedentibus. |

Sed quia, ut dictum est supra, unitas est principium causativum relationum communium, non autem distinctivum, sed potius substantia, quantitas et qualitas super quae fundantur relationes communes, verius igitur dicendum quod omnes illae relationes quae fundantur super substantiam, sive sint secundum rem sive secundum rationem, sunt sub eodem genere subalterno relationum communium. Et similiter illae quae

Scarp. 1195a

Q 115^{va}I' 340^{va}B" 134^{va}K" 157^{va}Bad. 203^{vc}

Scarp. 1195b fundantur | super quantitatem, et similiter illae quae fundantur super
 85
 qualitatem, tamquam super id quod est dispositio, subiectae sunt sub
 alio, quod subdividitur in aequalitatem continentem omnes aequalitates
 et secundum rem et secundum rationem, et in similitudinem continen-
 tem in se similitudines et secundum rem | et secundum rationem, ut
 S' 250^{ra} secundum hoc relationes communes identitatis, quae sunt in creaturis
 secundum rem, non differant ab illis quae sunt in eisdem secundum
 90
 rationem nisi secundum quod agens <est agens> quod est natura aut
 ratio, et diversum modum substantiae super quam fundantur, quia illa
 quae est secundum rationem fundatur super substantiam, ut est aliquid
 secundum se vel singulare vel commune. Illa vero, quae est secundum
 rem, fundatur super substantiam communem, ut est aliquid plurium
 95
 quae in ipso uniuntur. In creaturis autem nulla est aequalitas aut simili-
 tudo secundum rationem. Quaecumque autem relationes sunt in divinis
 non communicant cum illis quae sunt in creaturis commune genus, sicut
 Bad. 203^{vd} nec substantia increata cum creata. |

<AD ARGUMENTA>

100

Et secundum hoc in parte concedenda est prima ratio probans
 quod «relationes secundum rationem nequaquam distingui debent specie
 Q 115^{vb} aut genere aut numero ab illis quae sunt secundum rem, *quia magis* |
conveniunt ens secundum rationem et ens secundum rem, quam ens secundum rem
 I' 340^{vb} *affirmatum et negatum*». Dico | enim quod, dicendo ens secundum rem
 105
 affirmatum et negatum, duo dico scilicet et ipsum ens et circa ipsum
 affirmationem et negationem. Et habendo aspectum ad affirmationem
 et negationem, verum est quod affirmatio et negatio maxime distant
 circa idem quantum ens secundum rem et ens secundum rationem; quia
 ens secundum rationem, ex eo quod tale aliquid ponit, negatio autem
 110
 tantum removet. Habendo tamen respectum ad ipsam rem affirmatam
 et negatam, non est | verum, eo quod ipsa res affirmata et negata
 omnino eadem est per quam affirmatio et negatio pertinent ad idem
 praedicamentum, sicut res fundamentalis eadem est relationi secundum
 rem et secundum rationem, | per quam similiter ad idem praedicamen-
 115
 tum pertinent. |
 B'' 134^{vb}
 E' 132^{vb}
 Bad. 203^{ve}

Quod ergo assumitur ulterius quod «*ens affirmatum et negatum ad*
idem praedicamentum secundum genus et speciem pertinet», bene verum est.
 K'' 157^{vb} Sed hoc non ratione particulae sive notae affirmationis aut | negationis
 quia illa, scilicet notae affirmationis et negationis, accidunt rei cuiuslibet
 120
 praedicamenti, immo cuicumque sive enti | sive non-enti, quia «*de*
quolibet affirmatio vel negatio et non simul ambo de eodem», sed solummodo
 Bad. 204^{te} ratione ipsius rei | eiusdem. Et consimiliter relatio secundum rationem
 Scarp. 1196a

125 ad idem praedicamentum pertinet, cum illa quae est secundum rem,
ratione scilicet fundamenti licet ab eo quod completive habet ab actu
rationis, ad nullum praedicamentum pertinet. |

Bad. 204^{rF}

Argumentum secundum quod «*perfectum et diminutum non diversificant speciem*», deficit. Hoc enim solum est verum, videlicet quod perfectum et
130 diminutum non diversificant speciem, solum verum est quando ens
habet quod sit diminutum ex solo defectu agentis, ut contingit in minus
calido respectu magis calidi. Non est autem verum quando esse diminu-
tum habetur ex condicione agentis, sicut contingit in proposito de
relationibus communibus secundum rem et secundum rationem. Sem-
per enim perfectius est opus naturae in re ipsa quam opus rationis circa
135 rem in conceptu intellectus, quod quidem opus rationis circa rem
naturae non est omnino in genere, ut iam dicetur. |

Bad. 204^{rG}

Ad tertium quod «*relationes communes secundum rationem differunt*
ab illis quae sunt *secundum rem*, ut diversae species subalternae immediate
dividentes genus relationum communium, quia se habent sicut *ens*
140 *perfectum* et sicut *ens diminutum* quae magis differunt quam duo entia
perfecta quae tamen | specie differunt sub relatione communi», dico
quod verum est considerando ens diminutum ratione diminuti esse, quia
ratione illius non est in genere omnino, sed distinguitur contra ens quod
est in genere tamquam contra ens perfectum, a PHILOSOPHO VI^o
145 Metaphysicae. Et sic bene verum est quod relationes rationales,
ratione sui complementi quod habent a ratione et per quod pertinent ad
ens diminutum, sic non sunt omnino in genere – licet hoc niteretur
probare secunda ratio – sed sic solummodo relationes reales sunt in
genere. | Quemadmodum unum enim genere non est ens diminutum, de
150 quo loquitur PHILOSOPHUS VI^o Metaphysicae, puta ens verum
quod in compositione et divisione consistit, et hoc in quantum est opus
animae, licet ipsa incomplexa, circa quae fit compositio et divisio, in
genere sint. Sic relatio secundum rationem in genere non est in quantum
completive est opus rationis, licet fundamentum eius a quo habet esse
155 originaliter sit in genere. Et per hoc etiam ipsa | relatio secundum
rationem, in quantum originaliter habet esse a fundamento, quoquo |
modo est in genere, licet relatio quae omnino habet esse a ratione,
scilicet et originaliter et completive, de qua sermo habitus est supra,
nullo modo sit in genere. |

Scarp. 1196b

B" 135^{ra}I' 341^{ra}Q 116^{ra}

Scarp. 1197a

ARTICULUS LXV

DE RELATIONIBUS COMMUNIBUS IN COMPARATIONE AD SUA PRINCIPIA

Sequitur de relationibus communibus in comparatione ad sua
K^m 158^{ra} principia, et primo | in comparatione ad sua principia causativa quae 5
S^t 250^{rb} sunt unum et multum. Secundo in comparatione ad sua principia funda-
mentalia | quae sunt substantia, quantitas et qualitas. Tertio in compara-
tione ad sua principia materialia cuiusmodi sunt ipsa subiecta relata per
huiusmodi relationes communes.

Circa primum istorum quaeruntur tria, quorum primum est utrum 10
omnes relationes communes causentur ab uno et multo. Secundum
utrum illae quae causantur ab uno, scilicet idem, aequale et simile,
uniformiter causentur ab uno; et contraria eorum, scilicet diversum,
inaequale et dissimile, a multo. Tertium utrum idem, aequale et simile
inter se comparata uniformiter causentur ab uno, et econtra sua contra- 15
ria a multo. |

Bad. 204th
Scarp. 1197a

<QUAESTIO 1

UTRUM OMNES RELATIONES COMMUNES CAUSENTUR AB UNO ET MULTO>

Circa primum arguitur quod nulla relatio communis causetur ab
uno, quia «ab uno in quantum unum, non procedit nisi unum»; sed ubi non 5
est nisi unum non est relatio, quia omnis relatio requirit correlationem
sicut omne relativum requirit correlativum, secundum definitionem
enim relativorum ipsorum esse est ad aliud se habere; ergo etc.

Quod etiam nulla relatio communis causetur a multo arguitur
eodem medio, quia multum in quantum multum est unum, eo quod est 10
divisivum entis cum quo unum convertitur, quare cum «ab uno in quan-
tum unum, non procedit | nisi unum»; ergo etc.

Scarp. 1197b

Item: si a multo causaretur relatio communis, tunc sicut relativa
relatione communi quae causatur ab uno, in illo uno sunt unum vel per
unitatem vel per unionem, ut habitum est supra, sic relativa relatione 15
communi quae causantur a multo in illo uno essent unum quodammodo
aut unita. Consequens est falsum. Diversa enim sunt ab invicem decem
B^m 135^{rb} praedicamenta quae in nullo multo uniuntur in quantum habent in se |
relationem diversitatis. Similiter nec duo et quattuor in quantum sunt

- 20 inaequalia; non enim ex hoc sunt inaequalia quod uniuntur in numero
senario ut in quodam multo, quia tunc tria et tria, quae in eodem multo
uniuntur, essent inaequalia, quod falsum | est. Similiter album et nigrum Scarp. 1198a
sunt dissimilia inter se quae in nullo multo uniuntur. Non enim in colore
medio, puta, in viridi aut rubeo, conveniunt ut in multo, quia ut sunt in
25 illo, non sunt in diversis subiectis quae requiruntur ad similitudinem et
dissimilitudinem, ut infra videbitur. Neque etiam ut in multo conveniunt
in colore simpliciter, quia in illo conveniunt ut in uno secundum genus
quod non habet rationem multi.
In oppositum est PHILOSOPHUS V^o et X^o Metaphysicae, ut
30 patet ex praedeterminatis. | Bad. 204^{rl}

<SOLUTIO>

- Supposito ex praedeterminatis quod relationes communes sequan-
tur unum et multum, | quaestio | ista quaerit qualiter: an scilicet | aliqua Bad. 204^{vl}
causalitate et quali sequantur illa. Et dico ex determinatis supra in 2^a K^u 158^{rb}
35 quaestione articuli 62ⁱ, quod cum unum et multum, ad quae sequuntur
relationes communes, inter se opponantur uno modo ut mensura ad
mensuratum secundo genere | relationis, alio modo ut habitus et priva- E' 133^{ra}
tio, non tamen causant relationes communes secundum | rationes Q 116^{rb}
quibus se habent ad invicem ut mensura et mensuratum, quia sic relati-
vae statim inter se opponuntur. Relatio autem numquam est per se
40 causa alicuius relationis.
Et praeterea, cum multum ut mensuratum relatione reali referatur
ad unum ut ad mensuram, et unum e converso referatur relatione secun-
dum rationem tantum ad multum, tunc conformiter ad unum non
45 sequerentur nisi relationes secundum rationem, et ad multum non nisi
relationes secundum rem; aut saltem veriores essent relationes commu-
nes sequentes ad multum quam sequentes unum. Et iterum cum relata
relationibus fundatis super mutuas relationes similiter mutue referantur
inter se; secundum relationes ergo sequentes ad unum relata relative se
50 haberent ad relata secundum relationes sequentes ad multum, quod
totum falsum est. Sequuntur ergo relationes communes ad unum et
multum solummodo ut opponuntur secundum privationem et habitum,
scilicet ut indivisio divisioni.
Nunc autem ita est quod cum praedicto duplici modo unum et
55 multum opponuntur, et oppositio illorum relativa accipitur secundum

	rationes formales illorum, in quantum scilicet perfectio formalis existens in uno per defectum se habet in multo, secundum quod tactum est in dicta quaestione. Sic enim quilibet numerus est multus, et quanto plus	
B" 135 ^{va}	recedit ab unitate tanto magis diminuuntur in eo species et forma unius. Oppositio autem illorum privativa accipitur secundum id quod re	60
Scarp. 1198b	quasi materialiter subest illis rationibus formalibus in uno et multo, in quo reali habet esse ipsa indivisio a qua imponitur nomen unius, et ipsa divisio a qua imponitur nomen multi. Igitur non secundum rationes	
S' 250 ^{va}	formales unius et multi unum et multum sunt causae relationum communium, sed solummodo secundum eorum rationes quasi materia-	65
	les in ipsis circa quas esse habent illae rationes formales, in quantum tamen sunt rationes materiales habent esse sub forma unius et sub forma multi.	
	Distinctio autem formalis et materialis in eodem clara est in numeris, quia quilibet numerus, puta denarius, est pluralitas unitatum	70
K" 158 ^{va}	sive una plura sub aliqua tamen unitate licet diminuta redacta, quem denarium secundum speciem distinguit forma denarietatis a quolibet alio numero. Et est denarius in denario materiale ipsae decem unitates, quibus est decies unum, formale autem denarietas est, qua est semel decem secundum PHILOSOPHUM V ^o Metaphysicae. Secundum	75
	hoc ergo dico quod ratione eius quod in uno est sive quod uni subest res indivisa, in multo vero est sive multo subest res divisa, unum et multum sunt causae relationum communium; quae etiam idcirco contrariae sunt, immo oppositae verius secundum privationem et habitum, ut	
Bad. 204 ^{vk}	infra patebit, sicut et opponuntur unum et multum.	80
I' 341 ^{va}	Assignando ergo modum causandi relationum communium fundatarum super unum ab uno, et per illa intelligendo conformem modum causandi a multo ipsarum relationum fundatarum supra multum, quia qui bene definiunt contraria consignant, dico quod unum dupliciter dicitur, et secundum hoc relatio communis dupliciter causatur	85
	ab uno. Uno enim modo dicitur unum ab unitate; alio autem modo dicitur ab unione, prout iam inferius ex dictis COMMENTATORIS super BOETHIUM declarabitur ista distinctio. Unum primo modo potest esse alicuius solius et omnino simplicis. Unum vero secundo modo non est nisi aliquo modo plurium compositorum. Ut enim dicit COMMENTATOR	90
Q 116 ^{va}	super nonam regulam De Hebdomadibus: « <i>unio semper illorum est quae divisa sunt utriusque numero</i> ». Ab uno dicto ab unitate, sive ab unitatis proprietate, causatur omnis relatio communis in divinis, et similiter in creaturis omnis relatio identitatis alicuius ad se ipsum. Quae idcirco potest appellari relatio unitatis, quia scilicet causatur ab uno	95
	simplici existente in relatis ambobus. Ab uno autem dicto ab unione,	

- sive a proprietate unionis, causatur omnis relatio aequalitatis et similitudinis in creaturis;| et similiter illa quae est identitatis diversorum ab invicem, quae idcirco potest appellari relatio unionis, quia scilicet causatur ab unione relatorum in uno. |
- 100 Relatio autem unitatis duplex est | secundum quod duplex est unum a proprietate unitatis dictum, a quo relatio talis causatur. Quoddam enim est unum ab unitate singularitatis, quam singularis rei proprietas facit, quod est vere unum. Aliud vero est unum ab unitate communitatis quam rei communis proprietas facit, quod non est vere unum, et
- 105 continet unum specie et unum genere. Unum autem a proprietate singularitatis causat omnem relationem communem in divinis, scilicet identitatem in substantia, et aequalitatem in quantitate, et similitudinem in qualitate. Causat etiam in creaturis identitatem veram unius secundum
- 110 numerum ad se ipsum. Unum vero a proprietate communitatis sive unionis causat in creaturis | tantum relationem identitatis eius quod est unum specie, puta hominis, vel unum genere, puta animalis ad se ipsum, et circuit omne genus. Unde talis identitas distinguitur secundum distinctionem singulorum praedicamentorum in genera et species usque
- 115 ad individua, in quibus scilicet est identitas aliquorum ad se ipsa causata ab unitate singularitatis. |
- De qua unitate adhuc advertendum est quod diversimode causat identitatem in divinis et in creaturis, quia talis unitas singularitatis aut est in uno omnino indistincto secundum rem, aut est in pluribus secundum
- 120 rem distinctis. Cum enim est in uno omnino indistincto secundum rem, in illo causat relationem identitatis ad se ipsum, et hoc in quacumque re sive creata sive increata, et est relatio secundum rationem tantum, quia |
- 125 ex sola rationis consideratione distinguuntur extrema relata. Et est primus modus identitatis continens sub se omnes habitudines identitatum individualium diversarum secundum diversitatem individuorum sive rerum singularium quae ad se ipsas identitate vera referuntur, et similiter identitatum rerum quarumcumque ad se ipsas.
- Tali enim identitate in divinis | deitas est eadem sibi et similiter paternitas et Pater et bonitas, et generaliter quaecumque sunt in divinis
- 130 distincta sive secundum rem sive secundum rationem. Tali etiam identitate in creaturis materia est eadem sibi et forma est eadem sibi. Similiter compositum ex utraque substantia, et genus generalissimum est eadem sibi; similiter quantitas, | qualitas, quantum, quale, et universaliter quaecumque habent esse in creaturis in quibus idem tali identitate distinguuntur in idem nomine, qualiter sunt idem Marcus et Tullius, et omnia synonyma; | et in idem definitione, qualiter sunt idem definitio et definitum, ut homo et animal rationale; et in idem proprio et accidente,
- B" 135^{vb}
- Bad. 204^{vl}
- Scarp. 1199a
- K" 158^{vb}
- Bad. 205^{rm}
- E' 133^b
- I' 341^{vb}
- S' 250^{vb}
- B" 136^{ra}

- qualiter sunt idem homo et homo risibilis vel homo et homo albus; et
 Scarp. 1199b universaliter | quaecumque substantia ut est secundum se considerata et
 ut est considerata sub suo proprio aut sub accidente suo. 140
- Cum vero dicta unitas singularitatis est in pluribus distinctis
 Q 116^{vb} secundum rem, tunc causat relationem identitatis distincti | ad distinc-
 tum. Et hoc dupliciter: quia illa aut sunt omnino distincta secundum
 rem, aut sunt partim distincta partim indistincta. Primo modo in divinis
 tantum, in quibus unum in substantia causat identitatem inter personas; 145
 et consimili modo cum est in quantitate, causat inter illas aequalitatem;
 et cum est in qualitate, causat inter illas similitudinem, prout inferius
 determinabitur. Nec potest talis identitas, aequalitas et similitudo esse in
 K^m 159^{ra} creaturis, quia in creaturis unum singulare non potest esse | pluribus
 commune. In hoc enim est differentia in divinis et in creaturis secun- 150
 dum DAMASCENUM libro I^o cap.^o 11^o: quod in divinis est commune
 secundum rem, scilicet singularem, in creaturis autem secundum ratio-
 nem tantum, scilicet speciei aut generis. |
- Bad. 205^N Cum vero unitas singularitatis est in pluribus partim secundum
 rem distinctis partim indistinctis, quod contingit tantummodo in creatu- 155
 ris compositis ex diversis partibus secundum rem absolutam inter se
 differentibus, in quibus unum causat identitatem inter id quod est totum
 et id quod est pars, veluti cum homo sit compositus ex anima et cor-
 pore, ipse et sua anima sunt idem et unum, non differens numero
 hominis et animae, sed numero hominis tantum, in quantum scilicet in 160
 ipso homine est numerus corporis et animae; nullus autem numerus est
 in anima eius. Similiter sunt idem et unum homo et corpus suum, non
 differens numero hominis et corporis, sed numero hominis solum,
 secundum quod de identitate hominis et animae dicit COMMENTATOR
 super 14^{um} cap.^{um} De Trinitate BOETHII. «*Identitate vere et quae est ex* 165
unitatis proprietate ubi non est unio collationis, fit quandoque praedicatio relativa, ut
idem ei quod est idem, id est ut anima hominis et ipse homo, non unione speciei sed
unitatis proprietate sunt unum rationale». Et de identitate hominis et corporis
 dicit ibidem COMMENTATOR super nonam regulam De Hebdoma-
 dibus sic: «*corpus hominis et homo, non et hominis et corporis sed numero* 170
tantum hominis differunt. Non enim est corpus naturae suae proprietate aliud quam
homo. Sed homo multarum naturarum suarum proprietatibus aliud est unum quam
 B^m 136^{rb} *hominis corpus. Unde homo et corpus ex quo | ipse constat, non sibi unita, sed vere*
unum atque idem dicuntur. Non tamen quod corpus illud omnino sit idem quod
 I^r 342^{ra} *homo, sed quod homo idem omnino est quod corpus illud*». Licet enim corpus | 175
 Scarp. 1200a non sit idem quod homo, pro quanto scilicet in homine | est alia pars
 quam sit corpus scilicet anima, et per illam homo est diversus a corpore;
 et e converso licet anima non sit idem quod homo, pro quanto scilicet

180 in homine est alia pars quam sit anima, scilicet corpus, quia ut dicit
COMMENTATOR ibidem: «*etsi non alterutrius, saltem alterius numero constat*
esse diversa», et per illud homo est diversus ab anima, homo tamen est
idem quod corpus et anima, in quantum ipsum totum est quidquid est
quaelibet partium, sed non e converso.

185 Et sic generaliter est ubique de toto et parte cuiuscumque generis
sint totum et pars, quia licet pars in quantum pars non sit quidquid est
totum, tamen totum in quantum est totum est quidquid est pars, et in
quantum totum est quidquid est alterutra pars, totum est idem parti et e
converso. In quantum autem pars diversa est a parte, et totum est
diversum a parte et pars a toto, et sic pars et totum inter se relative se
190 habent partim identitate | et partim diversitate, et hoc aspiciendo ad illa
in quantum sunt res et naturae primae intentionis, aspiciendo autem ad
illa in quantum sunt pars et in quantum totum secundum rationes
secundarum intentionum, se habent ad invicem ut relationes secundum
dici tantum, quae fundantur a ratione super respectus naturales quos
195 habent in se pars et totum secundum rationes | primarum intentionum.
Pars enim est pars totius et totum est totum parti, ut dictum est supra.

Unde postquam, ut iam tactum est, dixit COMMENTATOR: «*identi-*
tate vere et quae est ex unitatis proprietate» etc. continuo adiunxit: «*cum tamen*
partialitas et totalitas sese ad invicem habent, anima enim est pars hominis, et homo
200 *totum | est animae, quamvis homo sit quidquid est anima. Nam etsi anima non |*
omnino est id quod homo, homo tamen est id quod anima». |

Et nota quod quia id quod est homo est id quod est anima, et
unum singularitate sunt homo et anima quoad hoc et per hoc idem
singularitate, et id quod est anima non est omnino id quod est homo
205 propter aliam illius partem quae diversa est ab anima, ideo sequitur
argumentum PHILOSOPHI in I^o P h y s i c o r u m : si utraque pars est toti
unum et idem, quod inter se sint unum et idem, sicut indivisibile, per
illam regulam: «*quaecumque uni et eidem sunt eadem, inter se sunt eadem*». Et
hoc quia neutra pars sic est | eadem toti quin sit etiam diversa ab illo, et
210 sic secundum aliud et aliud alterutra pars est eadem et diversa toti.
Propter quod non sequitur quod inter se sint eadem.

Illa enim | maxima non tenet nisi in illis quae secundum idem
sunt eadem eidem, ut contingit in divinis. Quia enim in divinis Pater
omnino est deitati idem et similiter Filius, sequitur quod | Pater et Filius
215 sint idem indivisibile inter se, secundum quod de hoc erit sermo in-
ferius. Et nota etiam quod differt dicere totum et partem esse unum in
forma partis et in forma totius, et secundum intentionem totius et partis.
Secundum enim primum modum est inter partem et totum relatio
identitatis et diversitatis, et secundum rationem, non secundum dici

K" 159^{rb}

Q 117^{ra}

Bad. 205^{vN}
S' 251^{ra}
Bad. 205^{vo}

E' 133^{va}

B" 136^{va}

Scarp. 1200b

	tantum, ut iam dictum est. Penes autem secundum modum est inter partem et totum relatio secundum rationes partis et totius, et secundum dici tantum. Est enim unum partes in forma totius, totum enim unit	220
I ^r 342 ^{rb}	partes in forma sua. Et sic partes contentae sub una forma totius, in quantum huiusmodi, sunt unum inter se in illa, et unum toti quae plures sunt secundum proprias formas inter se. Et quoad hoc plurae sunt et	225
	diversae partes ipsae simpliciter inter se, et similiter quaelibet partium, et totum ratione alterius partis. Et non sequitur quod si isto modo partes sunt unum inter se et cum toto, quod sint eadem inter se, quia identi-	
K ^m 159 ^{va}	tas, quae est inter totum et partem, non fundatur nisi super unum dictum ab unitate; illae autem dicuntur unum inter se non unitate sed	230
	unionem in toto; propter quam unionem non sunt divisae, licet sint diversae. Totum enim est unum secundum hunc modum cum partibus, quia scilicet est uniens eas in unitate formae suae, et partes sunt unum cum toto quia sunt unitae in forma illius; diversa tamen sunt et secundum rationem totius ut totum est et partis ut pars est.	235
	Per quae patet responsio non solum ad quaestionem quam quaerit PHILOSOPHUS I ^o P H Y S I C O R U M utrum unum aut plura sint pars et totum, et quomodo unum et quomodo plura, sed etiam ad aliam quaestionem quae quaeri posset: utrum idem sint aut diversa pars et totum, et quomodo idem et quomodo diversa, quae multum differunt, ut patet	240
	ex dictis. Talem autem identitatem non contingit inveniri in divinis, quia non sunt in illis pars et totum. Et est in creaturis inter partem et totum quoad id quod sunt, relatio secundum rationem tantum, quia id unum singulare quod est totius et partis in quantum illorum est, sola ratione differt. Sed relatio diversitatis inter totum et partem, eo quod partes inter se secundum rem differant, est secundum rem, quia non est totum	245
Q 117 ^{rb}	diversum ab alterutra partium nisi quia partes inter se sunt diversae. Et ideo secundum modum diversitatis partis a parte, diversum est totum a parte.	
Bad. 205 ^{vp}	Relatio autem unionis quae causatur ab uno dicto ab unionem qua	250
B ^m 136 ^{vb}	diversa re, propter eorum conformitatem, uniuntur in uno ab unitate dicto, non invenitur nisi in creaturis in quibus diversa numero conformitatem habent inter se et uniuntur in uno unitate communitatis. Ut enim dicit COMMENTATOR super nonam regulam D e H e b d o m a - d i b u s : «Unio est semper illorum quae diversa sunt utriusque numero; sed hoc est	255
Scarp. 1201a	multis modis ex diversitate rationum in diversis. Aliter namque sibi unita dicuntur materia et forma ut unum subsistens sit, aliter pars et pars, ut quod constat ex illis unum totum sit, aut linguae aut ritus aut legis aut loci aut affectus unius consortio dicantur multi una gens, unus populus, unus conventus, unum cor et huiusmodi, de	

260 *quibus omnibus nil ad praesentem locum. Sed est quaedam alterutrius numero
diversorum unio quam conformitatis ratio facit, quae ad praesentem locum pertinet».*

Haec autem unio diversorum conformium aut est in uno com-
muni quod est substantia, aut in uno communi quod est quantitas, aut in
uno communi quod est qualitas; et utrobique tam in quantitate quam in
265 qualitate | subdividendo: quia aut in uno quod est quantitas substantia-
lis, aut in uno quod est quantitas accidentalis; similiter aut in uno quod
est qualitas substantialis, aut quod est accidentalis. |

K" 159^{vb}

Bad. 205^{vQ}

Relationes autem communes causatae ab uno unione in uno |
quod est | substantia, est identitas qua diversa individua dicuntur eadem
270 in specie, puta Petrus et Paulus in homine; aut diversae species in
genere, puta homo et asinus in animali. Relationes vero communes
causatae ab uno unione in uno quod est substantialis quantitas aut
qualitas, vocantur substantiales aequalitates et similitudines. Causatae
vero ab uno ab unione in uno quod est accidentalis quantitas aut quali-
275 tas accidentalis, vocantur accidentales aequalitates et similitudines.
Substantialis enim aequalitas et similitudo pertinent ad ea quae sunt rei
substantialia atque essentialia, et respicit aequalitas gradum uniformem
perfectionis in rei substantia sive essentia. Similitudo autem substantialis
duplex est. Quedam vera, quae est per diversarum naturarum con-
280 formitatem in substantiali qualitate, quae est specifica | differentia; alia
vero imaginaria quae est per imitationem quandam unius naturae ad
aliam. Primo modo homo unus dicitur similis alteri; secundo modo
humana pictura dicitur similis homini; secundum quod de his sparsim
dicitur idem COMMENTATOR ibidem continue subdens: «*unio vocatur*
285 *similitudo. Et est vel secundum naturam vel secundum quaedam intrinseca*
secundum naturam, qualiter simile est homo homini; vel secundum extrinseca, et
vocatur imaginaria similitudo qualiter humana pictura | vero homini dicitur
similis». Et tali imaginaria similitudine dicitur creatura similis Deo, quasi
similitudine defectiva. Et prima illarum pertinet ad genus relationum |
290 communium. Secunda vero pertinet ad genus relationis quae est in
mensuris, quo homo est imago Dei et ita similis ei, quia | imago omnis
similis est, licet non sit aequalis; dicente AUGUSTINO 83 Quaestio-
n u m quaestione 74^a: «*ubi imago, continuo similitudo, non continuo aequalitas*
ut in speculo». Et hoc ideo quia aequalitas non potest esse nisi sit paritas
295 quantitatis; similitudo autem potest esse sine paritate. Minus enim
requirit unitatis in qualitate similitudo quam aequalitas in quantitate.
Propter quod homo aequae distans secundum qualitatem | substantialem
et quantitatem a Deo, dicitur imitari eum similitudine, nequaquam
autem aequalitate. Propter quod et imago est qualitas in quantitate
300 secundum formam et figuram, et magis pertinet ad qualitatem quam ad
quantitatem. Idcirco etiam magis dicitur homo, in quantum est imago

I' 342^{va}

S' 241^{tb}

Bad. 206^{rQ}

B" 137^{ra}

Scarp. 1201b

E' 133^{vb}

Q 117^{va}

- K" 160^{ra} Dei, accedere ad Deum et esse ad imaginem | Dei similitudine quam
aequalitate, dicente AUGUSTINO de homine VIIⁱ De Trinitate
cap.^o ultimo: «*homo imago Dei non omnino aequalis fiebat, tamquam non ab illo
nata sed ab illo creata. Huius rei signandae causa ita imago est ut ad imaginem sit,* 305
*id est non aequatur parilitate, sed quadam similitudine accedit, non quasi ad filium
dicitur, qui est imago aequalis solius patris, sed propter similitudinem dictus est
homo ad imaginem accedens quadam similitudine, sicut distantibus significatur
quaedam vicinitas, non loci sed cuiusdam imitationis*». De qua dicit AUGUSTI-
NUS 83 Quaestionum quaestione 51^a: «*Multis modis possunt res dici* 310
*similes Deo: aliae secundum virtutem et sapientiam, quia in ipso est virtus et sapien-
tia; | aliae in quantum vivunt, quia ille summe vivit; aliae in quantum sunt, quia
ille summe est; sed exigue sunt ad similitudinem eius*». De tali autem similitu-
dine non est hic sermo, sed solummodo de illa quae est secundum
naturae similitudinem, quam necessario sequitur aequalitas substantialis 315
et circueunt decem praedicamenta, et dividuntur secundum divisionem
singulorum decem generum praedicamentorum in subalterna genera et
species usque ad individua. |
- Bad. 206^{re} Ubi est advertendum quod diversimode super idem re fundatur
relatio identitatis, similitudinis et aequalitatis. Homo enim homini, puta 320
Sortes Platoni, substantialiter idem est unione in tota specie. Similis
autem ex unione in differentia specifica constitutiva speciei. Aequalis
autem ex unione in quantitate perfectionali paritate gradus. Sicut ergo
- B" 137^{rb} unum duplex est, vel dictum ab unitate quod importat | indivisionem
unitatis, vel dictum ab unione quod importat indivisionem unius, et 325
secundum hoc diversae relationes communes causantur ab uno, ut iam
habitum est supra, sic multum e contra duplex est: vel importans
divisionem contrariam indivisioni unitatis, | vel contrariam indivisioni
unionis. Et hoc solummodo in creaturis; nequaquam enim in divinis
invenitur multum, sed unum tantum. Et multum utroque modo non est 330
multum nisi quia est contentivum per solam aggregationem plurium
unorum dictorum ab unitate, vel plurium unorum dictorum ab unione.
- S' 251^{va} Non enim est multum nisi contineat plura una dicta | ab unitate ad
quod sequitur diversum; vel plura una ab unione dicta ad quod sequitur
inaequale et dissimile. Indivisioni enim unitatis in creaturis quae est 335
communitatis ad quam secundum praedeterminata sequitur idem specie
et genere, opponitur divisio multi ad quam sequitur diversum specie et
genere. Indivisioni autem | unitatis in creaturis quae est singularitatis, ad
quam sequitur identitas inter partem et totum prout est contentiva illius
partis, opponitur divisio multi ad quam sequitur diversum inter totum et 340
eandem partem prout est contentiva alterius partis. Totum enim secun-
dum hoc est uno modo unum et idem cum qualibet partium; alio autem

modo multum et diversum a qualibet, secundum quod haec patent ex
 praedictis iam. Similiter indivisioni unitatis quae est singularitatis ad
 345 quam sequitur identitas unius numero ad se ipsum, opponitur diversitas
 inter plura numero. Indivisioni | autem unionis sive unionis confor-
 mium in uno communitate ad quam sequitur in creaturis aequale et
 simile sive substantiale sive accidentale, opponitur divisio in multo ad
 quam sequitur inaequale et dissimile, secundum quod haec in parte
 350 patent ex praedictis et iam amplius patebunt in dicendis. Sic ergo conce-
 dendum est quod unum et multum circa contenta materialiter sub forma
 unius et multi quasi sunt principia causativa relationum communium. Et
 secundum hoc concedenda est ultima ratio ad hoc adducta. |

Q 117^{vb}Bad. 206^{rs}

<AD ARGUMENTA>

355 Ad primum in oppositum quod «*ab uno in quantum unum non procedit
 nisi unum*» etc., dico secundum iam dicta quod in uno et multo est
 considerare formam | unitatis quae perfecte est in uno et diminute in
 multo, et rem quasi materialiter subiectam formae huic circa quam, ut
 dictum est, | unum et multum sunt principia causativa relationum
 360 communium. Primo autem modo non est in illis nisi unum; secundo
 autem modo sub illo uno secundum formam considerantur plura secun-
 dum materiam. Unum enim dictum ab unitate singularitatis in substantia
 consideratione rationis derivatur secundum eandem formam et sub
 eadem forma unius in substantiam aliam et aliam ratione, etsi non re
 365 tam in divinis quam in creaturis. Et secundum hoc | sequitur ad tale
 unum in substantia relatio communis identitatis simpliciter, et secundum
 rationem existens relatio. | Et similiter in divinis unum dictum ab unitate
 singularitatis in quantitate et qualitate, secundum eandem formam et sub
 eadem forma unius, derivatur in consideratione rationis in quantitatem
 370 aliam et aliam secundum rationem. Et secundum hoc sequitur ad tale
 unum relatio | communis aequalitatis et similitudinis existentis secun-
 dum rationem inter divinas personas, prout inferius declarabitur. Unum
 autem dictum ab unitate communitatis secundum eandem formam et
 sub eadem forma unius per agens aut produciens derivatur in substan-
 375 tiam aliam et aliam re in creaturis, ut species in individua. Et secundum
 hoc sequitur ad tale unum in substantia relationis identitatis specie aut
 genere secundum | rem existens relatio. In unum autem dictum ab
 unitate unionis sive unionis uniuntur secundum eandem formam et
 sub eadem forma unius conformia secundum quantitatem et qualitatem
 380 tam substantialem quam accidentalem in creaturis, differentia tamen re.

I' 343^{ra}Bad. 206^{rs}

Scarp. 1202b

B" 137^{va}E' 134^{ra}K" 160^{va}

uniuntur, nullo modo sunt eadem; quia tamen sunt aggregata inter se sub forma multi, sunt diversa. Multum autem ad quod sequitur inaequale in quantitate, secundum eandem et sub eadem forma multi continet quantitatem aliam et aliam. Puta inaequale contrarium aequalitati causatae ab uno in quantitate dicta ab unione est inter habentia in se diversas quantitates ut sunt aggregatae, et hoc sub eadem specie quantitatis molis. Aequale enim et inaequale non sunt nisi secundum quantitates diversas sub eadem specie specialissima, puta linea est aequalis aut inaequalis lineae, non autem superficiei aut corpori, neque alteri quantitati. Et quaelibet plura, tam sub eodem genere quam sub diversis generibus, inaequalia sunt, loquendo de quantitate substantiali perfectionis.

Omnia enim entia creata inaequalia sunt inter se, sive sunt eiusdem generis sive diversorum generum, et sunt multum congregatione; et sub sola specie specialissima est aequalitas perfectionis, sicut et in sola specie specialissima est vera univocatio. Unde accidit inaequalibus secundum perfectionem | quod in aliquo uno secundum genus conveniunt, sicut hoc accidit diversis in quantum diversa sunt, secundum iam dicta. | Et quia numerorum multiplicatio procedens ab uno in infinitum sic se habet quod semper unus alteri est inaequalis, licet secundum species differant, oportet sentire quod | inaequalitas non fundatur super numeros diversos neque causatur ab ipsis ratione formarum quibus in specie distinguuntur, sed potius ratione unitatis ut materiales sunt in illis, et ut omnes numeri conveniunt in forma unitatis per quam non sunt proprie nisi eiusdem speciei differentis secundum gradus pluralitatis in unitatibus et perfectionis in forma unitatis. Et sic inaequalia, in quantum inaequalia, semper sunt unum quadam aggregatione ipsorum inaequalium inter se, non | sub aliqua forma numeri unius. Duo enim | et quattuor sunt | inaequalia inaequalitate causata a multo plurium unitatum existente in illis, non ut concurrentibus in numero senario, sed ut aggregatis per intellectum seorsum, nec ut duo, secundum quod est subduplum ad quattuor et sic inaequale illi, accipitur ut pars in illis quattuor; vel si sit pars, bene accipitur per intellectum, | semel scilicet ut pars existens in toto, et semel ut per se. Et primo modo est inter duo et quattuor relatio identitatis, qualis declarata est supra inter totum et partem. Secundo autem modo solummodo est inter duo et quattuor relatio inaequalitatis. Pars enim non habet relationem ad totum in quantum pars, nisi identitatis et diversitatis, ut supra expositum est. Et sic etiam semper ipsum inaequale in numeris continet maius et minus. Omnis enim numerus remotior ab uno, est maior, et propinquior est minor; et omnis numerus ad superiores est minor, et ad inferiores usque ad unitatem est maior. Sed maius in discretis appellatur proprie

Bad. 207^vQ 118^{rb}

Scarp. 1203b

I' 343^{va}K'' 161^{ra}B'' 138^{ra}E' 134^{rb}

plus, et in continuis commune nomen quod est maius a proprietate
servatur. Maius autem in quantitate perfectionis sive virtutis proprie
appellatur magis, sed minus sub eodem nomine in singulis | invenitur. 465
Et inaequale excedens in discretis appellatur multum, et deficiens appel-
latur paucum. In continuis vero et in quantitibus virtutis excedens
appellatur magnum et deficiens parvum. Et quantitate perfectionis in
qualitate accidentali specialiter, deficiens dicitur parum, ut parum cali-
dum. Et recipit inaequale secundum excessum in discretis comparatio- 470
nem sic: multum, plus, plurimum; et in continuis ac quantis perfectione
sic: magnum, maius, maximum. Inaequale vero secundum defectum
recipit comparationem sic: parvum sive parum sive paucum, minus,
minimum. In continuis enim gradus positivus est parvum, in discretis
autem paucum, communiter autem in utroque parum. Comparativus 475
autem gradus et similiter superlativus non mutantur. |

Sed est advertendum quod multum in quantitate aequivoce accipi-
tur. Uno enim modo accipitur prout idem | est quod habens in se plura
sive multitudinem, quemadmodum aliquid dicitur magnum quia habet in
se magnitudinem, et sic omnis numerus est multum et sic multum non 480
opponitur nisi uni. – Alio modo accipitur prout est habens in se plura
excedenter sive multitudinem excedentem, et sic opponitur paucis, nec
sic est omnis numerus multus sed est aliquis paucis. – Tertio modo
multum accipitur ut est in se aggregativum | multi excedentis et pauci
quod exceditur; et sic solummodo ad ipsum sequitur inaequale quod | 485
opponitur privative aequali. Sed secundo modo, scilicet ut opponitur
paucis, adhuc | dupliciter consideratur: uno modo ut comparantur inter
se praecise; alio modo ut comparantur inter se respectu tertii. Primo
modo omnis numerus maior est multum respectu minoris et omnis
numerus minor est paucis respectu maioris: et unum est paucis 490
respectu cuiuslibet numeri et primum paucis simpliciter, binarius
autem est primus numerus paucis. Et dicuntur inter se relative multum
et paucis atque continent sub se omnes proportionales numerales quae
primo et per se sunt in discretis. Secundo autem per discreta | sunt in 495
continuis, in quantum scilicet discretum cadit in continuo, et «*magnitudi-
nes numeri sunt*», secundum PHILOSOPHUM libro Posteriorum. Et
sunt illae proportionales aut secundum rationem numerorum indetermi-
natam, sicut sunt multiplex, superpartiens, superparticularis, multiplex
superpartiens et multiplex superparticularis, et eorum opposita aut
secundum rationem numeri determinatam, ut sunt duplum, triplum, 500
quadruplum et sic de ceteris, et eorum opposita. Multum autem et
paucis, si respectu tertii considerata fuerint: aut consideratur illorum
comparatio inter se respectu tertii quod utrique eorum opponitur,

- cuiusmodi est aequale in quantum inaequale continet multum et paucum
505 – sic multum et paucum opponuntur inter se contrarie, sicut abundans
et diminutum respectu aequalis cui ambo privative sub forma inaequalis
opponuntur – aut consideratur illorum comparatio respectu tertii quod
neutri opponitur. Hoc modo multum dicitur relative ad paucum, quem-
admodum multi dicuntur esse in foro uno tempore respectu paucorum
510 qui solent esse in illo alio tempore. Et pauci dicuntur esse in civitate uno
tempore respectu multorum qui solent esse in illo alio tempore; | secun-
dum quem modum «*milium dicitur magnum, et mons parvus*», ut vult PHILO-
SOPHUS in *Praedicamentis*.|
- Multum autem, ad quod sequitur dissimile in qualitate, secundum
515 eandem et sub | eadem forma multi continet qualitatem aliam et aliam.
Sed intellige illam formam multi non esse nisi aggregationem diversarum
qualitatum, puta dissimile contrarium simili, quod simile causatum est ab
uno in qualitate dictum ab unione, est inter habentia in se diversas
qualitates congregatas, non sub eadem specie specialissima ut contingit
520 secundum iam dicta in quantitate molis et sub eodem genere infimo sub
quo non continentur nisi species specialissimae, et hoc loquendo de
dissimilitudine | accidentali. Dissimilitudo enim non est nisi secundum
qualitates specialissimas, cuiusmodi sunt album et nigrum, non secun-
dum species subalternas cuiusmodi sunt album et dulce, neque secun-
525 dum qualitates individuales cuiusmodi sunt album et album. Loquendo
autem de dissimilitudine substantiali, illa non | est proprie nisi inter
diversa specie specialissima et eadem genere, et hoc inter quaslibet
species e contrario divisas sub eodem genere usque ad generalissimum.
Dissimile enim contrarium simili causato ab uno dicto ab unione com-
530 munitatis in forma speciei specialissimae, est inter | quaslibet diversas
species ut sunt aggregatae sub forma generis, non dico ut sunt unitae in
illa. Circa illa autem, quae sunt diversorum generalissimorum inter se
comparata, nec dissimilitudo nec similitudo, sicut nec aequalitas nec
inaequalitas, nata sunt | fieri. Dissimilitudo tamen substantialis inter
535 Deum et creaturam potest dici fore. Et hoc licet sit creaturae ad Deum
quaedam similitudo imitationis, ut | tactum est supra. Inaequalitas
autem non potest dici fore proprie creaturae ad Deum propter magnitu-
dinis Dei infinitatem et creaturae finitatem. Quia enim non est compara-
tio finiti ad infinitum, nec aequalitas imitationis creaturae ad Deum |
540 potest dici, sicut dicitur similitudo propter rationem assignatam in
praecedenti quaestione.|
- Applicando ergo hoc ad medium argumentorum quoad multum,
dico quod ad multum, in quantum est unum secundum numeri formam
specificam, puta denarius secundum formam denarietatis, nulla relatio

Bad. 207^vx

Bad. 207^vy

Scarp. 1204b

K" 161^{va}

B" 138^{va}

S' 252^{tb}

Q 118^{vb}

E' 134^{va}

I' 344^{ra}

Bad. 207^vz

omnino sequitur, sicut neque ad unum semel acceptum et formaliter. 545
 Per quod patet responsio ad primum obiectorum de multo. Nec etiam
 ad multum pluries acceptum sequitur aliqua relatio, in quantum est
 multum et replicatum sub eadem forma, sicut sequitur ad unum pluries
 acceptum sub eadem forma, ut iam dictum est. Et hoc quia replicatio
 alicuius sub eadem forma non est nisi replicatio materialiter illius in 550
 quantum est unum. Propter quod ad multum replicatum non sequitur
 relatio quia est multum, sed solummodo quia est unum in forma multi.
 Et sic sequitur non relatio inaequalitatis, sed aequalitatis | tantum. Sicut
 enim unitas in quantitate est aequalis unitati, quia haec et illa unione
 sunt unum, sic dualitas dualitati est aequalis, quia haec et illa unione sunt 555
 unum. Sicut enim haec unitas et illa unitas in forma specifica unitatis
 simpliciter uniuntur, quia quaelibet unitas est una, sic dualitas haec et
 dualitas illa in forma specifica dualitatis uniuntur, | et in illa sunt unum
 quia quaelibet dualitas est dualitas; et sic de ceteris numeris.
 Sed quod ad multum sequatur relatio contraria relationi quae 560
 sequitur ad unum, hoc non est nisi in quantum multum est unum
 aggregatione tantum eorum quae sunt materialia in illo. Et sic ad mul-
 tum, ut materialiter continet plura, et hoc non nisi in forma quantitatis
 aut | qualitatis differentia, sequuntur inaequale et dissimile secundum 565
 modum iam expositum. Et sic secundum quod procedit argumentum et
 bene, non sequitur inaequale ad duo et quattuor prout uniuntur in multo
 quod est senarius, neque dissimile ad album et nigrum | prout uniuntur
 in colore, sed prout ibi duo et quattuor se habent ut partes cuiusdam
 aggregati quod est multum continens ambo aggregatim et non formali- 570
 ter. Et similiter hoc album et nigrum se habent ut partes cuiusdam
 aggregati quod est multum continens et ambo, ut iam expositum est in
 tertio modo multi.
 Ex quo patet responsio ad secundum obiectum de multo. |

Scarp. 1205a
 K" 161^{vb}
 Scarp. 1205b
 B" 138^{vb}
 Bad. 207^{va}
 Scarp. 1206a

<QUAESTIO 2

UTRUM RELATIONES COMMUNES QUAE CAUSANTUR AB UNO, SCILICET
 IDEM, AEQUALE ET SIMILE, UNIFORMITER CAUSENTUR AB UNO, ET
 CONTRARIA EORUM, SCILICET DIVERSUM, INAEQUALE ET DISSIMILE, A
 MULTO>

5

Circa secundum arguitur quod non uniformiter idem, aequale et
 simile causantur ab uno, et diversum, dissimile, inaequale a multo.
 Primo sic: diversum, inaequale et dissimile causantur semper a multo ex

- 10 natura ipsius multi absque operatione intellectus. Propter quod relationes communes sequentes multum semper sunt reales. Et hoc vel ex parte utriusque extremorum, ut quando est inter creaturas, vel alterius tantum, ut quando est inter Deum et creaturam. Idem autem aequale et simile aliquando causantur ab uno ex natura ipsius unius absque operatione intellectus; aliquando autem non absque | operatione intellectus. I' 344th
- 15 Secundum hoc enim aliquando sunt relationes communes secundum rem, aliquando autem secundum rationem | tantum, ut patet ex praedeterminatis; sed relationes quae sunt secundum rem non uniformiter causantur cum relationibus secundum rationem, ut patet ex praedeterminatis; ergo etc. Q 119^{ra}
- 20 Secundo sic: diversum, inaequale et dissimile causantur a multo ut continet actu relata per illa, quia non | est multum nisi aggregatione illorum, idem autem aequale et simile causantur ab uno, ut virtute continet relata per illa, quia non est unum nisi unitate rei indivisae sub una forma; sed modus causandi iste et ille non sunt uniformes; ergo etc. Bad. 208^{ra}
- 25 In contrarium est quod relationes quae sequuntur multum opponuntur sicut privatio et habitus ad illas quae sequuntur unum. Sed habitus et privatio causantur semper uniformiter et ab eadem causa, ut est | positiva in uno et defectiva in alio, sicut idem est causa salutis et periculi navis | per suam praesentiam et suam absentiam; pro quanto K" 162^{ra}
S' 252^{va}
- 30 enim ponitur causa per suam praesentiam, pro tanto causatur habitus, et pro quanto deficit per suam absentiam, pro tanto causatur privatio; ergo etc. | Bad. 208^{rb}
Scarp. 1206b

<SOLUTIO>

- 35 Dico quod, iuxta processum ultimi argumenti, uniformiter sequuntur ad multum: diversum, dissimile et inaequale; et ad unum: idem, simile et aequale. Sed hoc uniformitate in opposito secundum quod illae relationes sunt oppositae, et ab oppositis causis secundum privationem et habitum circa idem re causantur. Relationes enim, quae causantur ab uno, causantur ab illo ratione indivisionis rei existentis sub forma unius.
- 40 Illae vero, quae sequuntur multum, causantur a multo ratione divisionis oppositae quae consistit in aggregatione plurium rerum indivisarum sub pluribus formis unius, sicut patet in quaestione praecedenti | ex modis diversitatis oppositis modis identitatis, et ex modis dissimilitudinis oppositis modis similitudinis, et ex modis inaequalitatis oppositis modis aequalitatis. Idem enim, aequale et simile causantur ab uno in forma et specie, ut tamen distinctum est per unum et unum quae sunt formae et speciei eiusdem, et hoc aut derivata ab illo uno proprietate unitatis, aut B" 139^{ra}
- 45

unita in illo proprietate unionis secundum praedeterminata. Ex opposito autem diversum, inaequale et dissimile causantur a multo aggregante in se unum et unum distincta vel in forma et specie, ut patet in diverso et dissimili, vel in gradu tantum, ut patet in inaequali, secundum quod haec patent ex dictis in praecedenti quaestione. |

<AD ARGUMENTA>

Quod arguitur primo quod «*relationes communes praedictae non uniformiter causantur ab | uno et multo*, quia causatae ab uno *aliquando sunt secundum rem aliquando secundum rationem tantum*, quae vero causantur a multo semper sunt secundum rem», dico quod ratio haec probat bene quod non causantur ab illis uniformiter directe; quod contingit quia non sunt uniformia unum et multum ad quae sequuntur. Et hoc quia unum est indivisum secundum formam et speciem, multum vero est secundum formas et species divisum, et non | nisi aggregatione unum. Non tamen probat ratio illa quin causentur ab illis uniformiter ex opposito sicut et illa opposita sunt; et cum hoc etiam ut ista uniformitas non intelligatur de eodem, aequali et simili, | nisi causatis ab uno quod natum est habere multum sibi contrarium, cuiusmodi non est nisi unum in creaturis; non autem in divinis in quibus idem, aequale et simile non habent opposita diversum, inaequale et dissimile. Et etiam ex hoc quod illa conformitas est ex opposito, | contingit quod in creaturis ab uno causatur relatio secundum rationem tantum, cum tamen diversitas illi opposita sit secundum rem tantum, ut contingit in diversitate secundum numerum, quae opponitur identitati fundatae | super unum dictum ab unitate singularitatis, quae identitas non est nisi secundum rationem tam in creaturis quam in divinis, ut patet ex supra determinatis.

Si etiam velimus comparare diversum, inaequale et dissimile causata a multo in | creaturis, ad idem, aequale et simile causatis ab uno in divinis, dico quod uniformiter causantur ab uno et multo hinc inde. Sed ex opposito non in eodem sive in eadem natura, sed in diverso sive in alia natura, secundum quod alia est natura creata a natura increata. |

Per idem patet ad secundum. Ex hoc enim quod nonnisi ex opposito praedicta causantur ab uno et multo: a multo enim ut congregat plura in actu causantur diversum et inaequale et dissimile; et ab uno autem ut tantum virtute continet plura, causantur idem, aequale et simile. Et sic directe difformiter causantur ab illis; quia ut ab oppositis, causantur illae relationes ab uno et multo ut procedit | ista ratio; et ut relationes oppositae secundum quod procedit praecedens ratio. |

<QUAESTIO 3

UTRUM IDEM, AEQUALE ET SIMILE INTER SE COMPARATA UNIFORMITER
CAUSENTUR AB UNO, ET ECONTRA SUA CONTRARIA A MULTO>

- 5 Circa tertium arguitur quod idem, aequale et simile non uniformi-
ter causantur ab uno, quia idem causatur ab uno in creaturis dicto ab
unitate, quod distinguitur in unum numero, unum specie, unum genere.
Sed in divinis non est idem nisi ab uno numero; aequale autem et simile
causantur ab uno dicto ab unione in creaturis, quod non distinguitur sic,
10 quia simile et aequale non habent esse nisi ab uno secundum speciem in
divinis; etiam simile et aequale non causantur nisi ab uno numero
tantum dictum ab unitate, secundum quod haec omnia patent ex prae-
dictis. In hoc autem est diffinitas magna | causandi illa ab uno; ergo
etc. Scarp. 1207b
- 15 Quod neque diversum, inaequale et dissimile uniformiter causen-
tur a multo arguitur: quia diversum causatur a multo numero et a multo
specie et a multo genere, secundum quod diversum | distinguitur in
diversum numero et diversum specie et diversum | genere; inaequale
autem non causatur nisi a multo numero differenti in gradu eiusdem
speciei; dissimile autem non causatur nisi a multo specie inter illa quae
20 sunt unum genere; talia autem non uniformiter causantur; ergo etc.
- Contra est quod a causis uniformibus causantur uniformiter
effectus, quia non est diffinitas in principiis nisi a diffinitate
existente in principiis; | sed unum uniforme | est in substantia, quanti-
tate et | qualitate, et e converso similiter multum a quo causantur in eis
25 diversum, inaequale et dissimile; ergo etc. | K" 162^{va}
I' 344^{vb}
Scarp. 1208a
Bad. 208^{vf}

<SOLUTIO>

- Dico quod pro quanto ista comparatio tangit relationes causatas
ab uno quae communiter inveniuntur in Deo et in creaturis, istam
quaestionem possumus intelligere duobus modis: aut de uniformitate
30 causandi idem, aequale et simile in divinis secundum se et in creaturis
secundum se; vel comparative in his et in illis. Si primo modo, scilicet in
divinis secundum se, dico quod penitus uniformiter causantur ab uno,
quia non nisi ab uno dicto ab unitate singularitatis, ut dictum est supra et
amplius declarabitur infra. Si in creaturis secundum se, dico, prout
35 procedit prima obiectio, quod diffinitate causantur ab uno; «quia idem
non causatur in creaturis nisi ab uno dicto ab unitate», et hoc vel singularitatis

vel communitatis. Aequale autem et simile non causantur nisi ab uno dicto ab unione, et hoc quia identitas non fundatur super unum in re quacumque creata sicut neque in re increata nisi ut ipsa est bifurcata et plurificatur in relatis. Et hoc vel secundum rationem ut in identitate secundum rationem, vel secundum rem ut in identitate secundum rem. 40

Q 119^{va} Aequalitas autem et | similitudo non fundantur super unum in re creata
Bad. 208^{vg} nisi ut ipsa plurificata secundum rem et quasi confurcata in se ipsa. |

Si autem intelligamus secundo modo istam quaestionem, scilicet comparative in divinis et in creaturis, dico quod hoc modo adhuc dupliciter potest intelligi quaestio. Uno modo, scilicet an sic causantur uniformiter ab uno | idem, aequale et simile inter se comparata in creaturis, sicut causantur ab uno inter se comparata in divinis. Alio modo, an sicut causatur idem in divinis ab uno sic et in creaturis, et similiter de aequali et simili. 45 50

Et simul respondeo ad utrumque modum; dico, secundum quod iam tactum est et amplius declarabitur inferius, quod in divinis fundantur et identitas et aequalitas et similitudo super | unum dictum ab unitate singularitatis. In creaturis etiam identitas vera et simplex fundatur similiter super unum dictum ab unitate singularitatis, quae in creaturis derivatur in comparata distincta secundum rationem tantum, sicut et in divinis. Sed hoc non contingit in creaturis, nisi quando aliqua referuntur per identitatem ad se ipsa. Et sic, quantum est ex parte unitatis, uniformiter causatur identitas ab uno in divinis et in creaturis. In creaturis autem identitas | specie aut genere non habet modos identitatis respondententes in divinis. Et secundum hoc difformiter causantur ab uno 55 60

| relationes communes identitatis in Deo et in creaturis, quia sola identitas numero et ab uno numero est in divinis, nequaquam autem identitas specie aut genere, quia in divinis non sunt unum specie et genere sicut sunt in creaturis. Et in creaturis non causatur similitudo aut aequalitas nisi ab uno secundum speciem; in divinis autem nisi ab uno secundum numerum. Et hoc quia in divinis non est nisi una qualitas et quantitas numero sicut et substantia potest esse in diversis personis. In creaturis autem in diversis suppositis non potest esse eadem qualitas aut quantitas secundum numerum aut substantia eadem secundum numerum, sed secundum speciem aut genus tantum, quae non sunt nisi in diversis. Et 65 70
I' 345^{ra} ideo in creaturis similitudo et aequalitas | non est nisi secundum qualitatem aut quantitatem existentes in diversis, ut infra patebit.

<AD ARGUMENTA>

75 Et sic procedit prima obiectio, et bene, quae secundum hoc
concedenda est. Ratio autem quare distinctio identitatis est secundum
unum numero, specie et genere in creaturis – non sic autem distinctio aequalita-
tis et similitudinis – est quia distinctio unius secundum numerum,
speciem et genus convenit solummodo rei secundum quod habet esse in
80 suo praedicamento per se, et sic ut habet rationem substantiae quam
consequitur sola identitas. Non autem aequalitas et similitudo, eo quod
haec non sequuntur nisi qualitatem et quantitatem ut sunt aliquid in
subiecto quod secundum illas refertur, et hoc non nisi in quantum
subiecta secundum illas relata sunt conformia in qualitate et quantitate.
85 Et in quantum qualitates aut quantitates diversorum subiectorum sunt
conformes inter se, non autem in quantum sunt | quantitates simplici-
ter; aut simpliciter qualitates existentes aliquid in genere suo.

S' 253^a

Conformia autem in qualitate aut quantitate, sicut secundum illas
dicantur subiecta aequalia vel similia, non sunt aliqua nisi secundum
90 eandem speciem specialissimam. Et difformia secundum qualitatem,
sicut secundum illam dicantur | subiecta dissimilia, non sunt aliqua nisi
secundum diversas | species specialissimas sub eodem genere proximo
qualitatis, quia solae illae in forma generis sunt conformes et nullam
habent inter se difformitatem. Sed quantitates eiusdem speciei specialis-
95 simae bene sunt inter se difformes secundum gradus, ut ideo secundum
illas bene dicantur subiecta inaequalia, et quoad hoc difformiter fundan-
tur super multum, inaequale, et dissimile, et diversum, ut procedit
secunda obiectio, et bene. |

Bad. 209^{rH}

Scarp. 1209a

Ad tertium de aequalitate et similitudine, dico concedendum quod
100 aequalitas et similitudo in creaturis et in divinis difformiter causantur ab
uno primo in hoc quod in divinis causantur ab uno | dicto ab unitate
singularitatis quod derivatur in plura secundum rationem in diversis
personis, ut inferius declarabitur; in creaturis autem causantur ab uno
dicto ab unione plurium secundum rem in uno communi. Et quoad hoc
105 magis uniformiter identitas causatur ab uno in divinis et creaturis quam
aequalitas et similitudo, quia utrobique causatur identitas ab uno dicto
ab unitate, non sic autem aequalitas et similitudo.

K" 163^a

Pro quanto autem proposita quaestio tangit relationes causatas a
multo quae solum sunt in creaturis, dico quod quantum est ex parte
110 multi, omnino uniformiter | causantur diversum, inaequale et dissimile,
quia uniformiter multum in substantia, quantitate et qualitate est unum
plurium congregatione. Unde in creaturis relationes communes quo-
dammodo causantur ab uno, quia secundum praedicta relatio identitatis
causatur ab uno dicto ab unitate. Relationes vero aequalitatis causantur
115 ab uno dicto ab unione. Relationes vero contrariae diversitatis, inaequa-

Scarp. 1209b

litatis et dissimilitudinis fundantur super unum aggregatione quod est vere multum. Et sic relationes communes magis uniformiter causantur a multo quam ab uno, et est multum magis uniformiter causa relationum suarum quam unum, licet neutrum sit omnino uniformiter causa omnium illarum, quod tamen ponit illud tertium argumentum, et male. |

I' 345^{rb}
Scarp. 1210a

120

ARTICULUS LXVI

DE RELATIONIBUS COMMUNIBUS IN COMPARATIONE AD SUA PRINCIPIA FUNDAMENTALIA, CUIUSMODI SUNT SUB- STANTIA, QUANTITAS ET QUALITAS

5 Sequitur de relationibus communibus in comparatione ad sua
principia fundamentalia, cuiusmodi sunt substantia, quantitas et qualitas.
Ubi quaeruntur quinque, quorum primum est utrum in illis tribus praed-
dicamentis habeat fundari omne genus relationis communis. Secundum
10 utrum diversa genera relationum communium uniformiter habeant
fundari in illis. Tertium utrum tantum in illis tribus generibus habeant
fundari relationes communes. Quartum utrum singulum genus relatio-
num communium in singulis dictorum trium praedicamentorum habeat
fundari. Quintum utrum super penitus idem numero possint fundari
relationes communes diversorum generum relationum. |

Bad. 209^{rl}
Scarp. 1210a

<QUAESTIO 1

UTRUM IN SUBSTANTIA, QUANTITATE ET QUALITATE HABEAT FUNDARI OMNE GENUS RELATIONIS>

5 Circa primum arguitur quod nullum genus relationum commu-
nium habet fundari in generibus praedicamentorum absolutorum. Primo
sic: praedicamentum habens propriam realitatem non debet dici |
fundari super rem alterius praedicamenti. Propter quod quantitas et
qualitas non dicuntur fundari super rem praedicamenti substantiae, licet
non habeant esse nisi in illa. Praedicamentum relationis propriam
10 realitatem habet, quia non est praedicamentum nisi | per aliquid uni-
voce per differentias contractum ad species, | quod non | potest esse
purus modus essendi | ad aliud, quia secundum praedicta ille unicus et
uniformis est in omnibus contentis sub praedicamento relationis non
contractis. Nec potest realitas praedicamenti relationis esse realitas
15 contracta a tribus praedicamentis absolutis, quae sunt substantia, quanti-
tas et qualitas, quia res illorum in nullo unico reali univocari possunt,
sed solummodo analogantur in ente, et in re generalissima in praedica-
mento relationis univocantur omnia contenta sub ipso, quia aliter non
esset genus, sicut nec ens est genus. Oportet ergo quod illud sit aliqua
20 propria realitas praedicamenti relationis; non ergo fundatur | praedica-

B" 141^{ra}(sic)

Scarp. 1210b

K" 163^{rb}
E' 135^{rb}
Q 120^{ra}

Scarp. 1211a

mentum relationis super rem alterius praedicamenti, quare neque etiam
s' 253^{rb} relatio communis contenta sub | relatione simpliciter.

Secundo sic: dicit BOETHIUS in commento *Super Praedicamenta*: «decem praedicamenta sunt *decem principia decem prima genera* rerum significantia». Cum ergo relatio sit unum de numero illorum quod
25 continet genus relationum communium, primo autem nihil est prius, quare rem relationis non praecedit aliquod genus; sed fundamentum naturaliter praecedit id quod super ipsum fundatur et realitatem quam ab illo trahit in quantum huiusmodi; ergo etc.

Item: si decem praedicamenta sunt decem prima genera rerum,
30 non autem est aliquid primum genus rei nisi habens realitatem a se, quia in eo quod est primum non potest illam habere ab alio, quare, cum relatio sit unum illorum, propriam igitur habet realitatem; sed tale non habet fundari super alio, quia non fundaretur super illo nisi ut ab illo realitatem traheret; ergo etc.
35

In contrarium est PHILOSOPHUS V^o et X^o *Metaphysicae* ubi dicit quod idem et diversum sequuntur unum et multum in substantia, aequale et inaequale unum et multum in quantitate, simile et dissimile
Bad. 209^{rk} unum et multum in qualitate; quod non est nisi quia in illis fundantur. |

<SOLUTIO>

40

Dico, extendendo materiam harum quaestionum ad totum genus relationis, quod secundum alias determinata in quadam quaestione generali de praedicamentis, esse sive ens praedicamentum non | nominat, sed praedicamentum nominat potius aliquid cui convenit esse ut participatum ab illo, et hoc analogice prout illud aliquid quod rem
Bad. 209^{rk} praedicamenti nominat diversificatur in diversis praedicamentis. Quares, cum hoc quod est diversa et alia atque alia in praedicamentis realiter inter se distinctis, distinguitur etiam in diversis praedicamentis penes
I' 345^{va} diversos modos reales quibus sive secundum quos illis convenit | esse,
B" 141^{rb}(sic) sive quibus esse participant diversimode. Qui quidem | modi sunt
50 reales, quia ex natura ipsius rei praedicamenta concomitantur, non autem ex consideratione intellectus sive rationis, immo ex illis consequuntur diversi modi | conceptuum formatorum de ipsis rebus.
K" 163^{va}

Illorum autem modorum duo sunt primi et principales: quorum primus est modus essendi secundum se et absolute; secundus vero est
55 modus essendi in ordine ad aliud. Quorum primus convenit tribus praedicamentis absolutis, quae sub tali modo essendi communi ipsis in tria genera trium rerum absolutarum | distinguuntur, quae sunt substan-
Scarp. 1211b

- 60 tia, quantitas, qualitas; nec sunt plura genera praedicamentorum quae
 proprias realitates habent. Secundus autem modus essendi, scilicet ad
 aliud, convenit aliis septem generibus praedicamentorum respectivorum,
 quae sub tali modo essendi communi ipsis non habent res proprias
 quibus inter se distinguantur, sed solummodo realitatem in modo suo
 communi eis | contrahunt per hoc quod fundantur super res trium
 65 praedicamentorum absolutorum, in hoc videlicet quod ex natura illarum
 rerum modus iste consequitur. Propter quod respectus reales dicuntur,
 secundum quod ex opposito respectus rationales dicuntur in quibus
 modus essendi ad aliud non sequitur naturam rei ex se, sed solummodo
 considerationem intellectus circa rem, ut tactum est supra.
- 70 Et distinguitur uterque illorum modorum realium in duos. Modus
 enim essendi secundum se et absolute aut est modus essendi secundum
 se et in se, et est modus proprius praedicamento substantiae; aut est
 modus essendi secundum se sed in alio, et est modus proprius acciden-
 tis, qui convenit duobus praedicamentis absolutis accidentis, quae sunt
 75 quantitas et qualitas, quae distinguuntur a praedicamento substantiae
 penes modum essendi in se et in alio, quorum primus transfertur ad
 divina, secundus autem nequaquam. Propter quod, cum res quantitatis
 et qualitatis transferuntur ad divina, dicuntur transire in substantiam,
 quia scilicet modum essendi in alio amittunt et modum essendi in se
 80 assumunt. Ista autem duo praedicamenta accidentium in creaturis
 communiter cum praedicamento substantiae distinguuntur contra alia
 septem, in hoc scilicet quod illa tria habent esse secundum se, illa autem
 septem habent esse ad aliud.
- Et transferuntur utrique horum modorum ad divina et penes illos
 85 in divinis distinguuntur duo modi praedicandi, scilicet ad se et ad aliud,
 quorum ille qui est ad se sequitur modum essendi in se et secundum se,
 et ideo idem est quod modus praedicandi substantialiter; ille vero qui est
 ad aliud sequitur modum essendi ad aliud, et est idem quod modus
 praedicandi relative. Nec est in divinis modus aliquis praedicandi acci-
 90 dentaliter, | propter quod tantum sunt duo praedicamenta in divinis
 secundum superius exposita, ita quod secundum iam dicta, tam in
 divinis quam in creaturis, septem praedicamenta quorum esse | et
 praedicari est ad aliud, nihil habent proprium sui generis nisi modum
 essendi seu praedicandi ad aliud, in quo consistit ratio praedicamenti
 95 consequens ex re | praedicamenti absoluti super quam fundatur. Et per
 hoc ab illa suam realitatem trahit, quae consistit aut in hoc quod modus
 ille | sequitur ex natura rei et per hoc est realis; aut in hoc quod continet
 in se illam rem super quam modus ille fundatur et ad quam sequitur ut
 subintranter rationem respectus, et per hoc ipsa est diversorum praedi-

Q 120th

K" 163^{vb}

B" 141^{va}(sic)

S' 253^{va}

Scarp. 1212a

	camentorum. Quemadmodum motus est de praedicamento actionis in quantum subintrat rationem respectus, scilicet ut est ab agente; et est de praedicamento passionis in quantum subintrat rationem respectus ut receptus est in passo, cum tamen secundum se consideratus sit in praedicamento quantitatis.	100
I' 345 ^{vb}		
Bad. 209 ^{VL}	Et per hunc modum dico quod omnis relatio communis habet fundari in rebus trium praedicamentorum absolutorum tam in divinis quam in creaturis; et non solum genus relationis communis, sed etiam totum genus relationis universaliter et alia sex genera praedicamentorum respectus importantia. Sed aliter illa sex et aliter praedicamentum relationis, quoniam illa sex praedicamenta <sunt> respectuum qui non sunt relationes sive habitudines relativae, quibus scilicet subiecta sua habent esse vel praedicari relative sive ad aliud, sed sunt respectus solum quibus subiecta sua ordinem habent ad aliud ut ad obiecta (omnis enim relatio sive habitudo relativa respectus est et non e converso), illa, inquam, sex praedicamenta talium respectuum non solum suis respectibus illa obiecta respiciunt et ordinem habent ad illa, sed etiam ab illis causantur quodam modo in suis subiectis, non solum a suis fundamentis quae habent in ipsis subiectis, puta praedicamentum quando, quod in re temporali dicit respectum ad tempus, a tempore habet in re illa causari, et hoc quia non convenit ei praedicamentum quando nisi ab hoc quod habet esse in tempore. Similiter praedicamentum ubi, quod in locato dicit respectum ad locum simpliciter, a loco habet in illo causari, et hoc quia non convenit illi nisi ob hoc quod habet esse in loco. Et etiam praedicamentum situs, quod in locato dicit respectum ad ordinem partium in loco sive ad partes ordinatas in loco, a loco ut ipse habet in se partes ordinatas habet causari in locato, quia non convenit locato situs quod est ordo partium in toto in respectu ad ordinem partium loci in loco nisi ab hoc quod partes ordinatae locati habent esse in partibus ordinatis loci. In hoc enim coniuncta praedicamenta sunt ubi et situs. Praedicamentum etiam habitus quod in habente dicit respectum ad id quod habetur, ab eo quod habetur habet causari in habente, quia non convenit habenti nisi ob hoc quod habens circumdatur eo quod habetur. Et sic est etiam de actione et passione respectu agentis et patientis, prout haec supra latius in quaestione de praedicamentis decem in generali declarantur.	105 110 115 120 125 130
K" 164 ^{ra}		
Bad. 210 ^{VL}		
B" 141 ^{vb} (sic)		
Scarp. 1212b		
Bad. 210 ^{LM}	Praedicamentum autem relationis continet habitudines quibus subiecta illarum habent esse et dici relative ad aliud ut ad obiecta, et suis respectibus quos important subiecta sua quae eis referuntur, sua obiecta respiciunt; et ordinem habent ad illa in esse et referri ad illa absque hoc quod causentur ab illis, quia secundum PHILOSOPHUM in Praedica-	135 140

- mentis, «relativa sunt *simul natura*», et «*neutrum eorum est causa alteri ut sit.*» Intelligo ut causa propter quam sit, licet sit causa illius sine qua non. Unum enim relativorum est mutuo per alterum; unde et «in divinis *non est Pater nisi per Filium*», secundum HILARIUM, ut habitum est supra.
- 145 Propter quod illa sex, quia causalitatem suam ut sint in subiecto, ab extrinseco habent ut ab obiecto sicut a causa propter quam sit, cum hoc quod etiam causalitatem habent a suis fundamentis, dicuntur praedicamenta et accidentia extrinsecus advenientia. Praedicamentum autem relationis, quia causalitatem non habet ut sit in subiecto nisi ab eo quod
- 150 est in ipso subiecto, ideo in creaturis dicitur esse unum de praedicamentis accidentium intrinsecus advenientium. Propter quod etiam respectus quos importat praedicamentum | relationis, dicuntur respectus insistentes; respectus autem illi quos dicta sex praedicamenta important, proprie dicuntur respectus assistentes. |
- 155 Sub praedicamento autem relationis, licet secundum eundem modum generalem habeant fundari relationes communes et aliae, in hoc scilicet quod non causantur in suis subiectis nisi a suis fundamentis, aliae tamen relationes, quae non sunt communes, immediate fundantur in illis et causantur ab eisdem. Relationes autem communes, licet immediate
- 160 fundantur in illis, non tamen | causantur ab eisdem nisi mediante uno et multo in eisdem, ut habitum est supra; quae quidem unum scilicet et multum, ad praedicamentum quantitatis pertinent. Et praeterea relationes communes fundantur super res trium praedicamentorum absolutorum ratione illarum rerum simpliciter et absolute absque omni ratione
- 165 causae et effectus illarum inter se. Relationes | autem aliae non fundantur super res praedicamentorum absolutorum nisi per rationes causae et effectus quas habent inter se. Relationes enim quae sunt in potentiis non fundantur nisi super illas res absolutas quae habent esse in vim activi et passivi, in quantum una nata est agere et alia pati et patiando effectum |
- 170 agentis in se recipere, et per hoc referuntur inter se subiecta illarum rerum: et | hoc vel secundum habitum, puta quando potentiae activae et passivae non sunt coniunctae secundum actum, qualiter referuntur inter se calefactivum et calefactibile; vel secundum actum, puta quando potentiae activae et passivae sunt coniunctae secundum actum, qualiter referuntur inter se calefaciens et calefactum. Relationes vero quae sunt
- 175 in commensurationibus | non fundantur nisi super res absolutas quae habent in se rationes perfecti et deficientis a perfectione atque tendentis ad illam adipiscendam aut conservandam, prout possibile est illi secundum naturam. Et per hoc tales relationes non sunt nisi inter illa quae se
- 180 habent inter se sicut finis et id quod est ad finem; finis enim et perfectum idem sunt, aut ipsa perfectio est propria condicio finis, sicut et

I' 346^{ra}Bad. 210^{ra}NS' 253^{va}Q 120^{va}K'' 164^{va}

Scarp. 1213a

B'' 140^{ra}(sic)

imperfectio propria condicio est eius quod est ad finem, et hoc in creaturis. Qualiter autem relatio commensurationis aliter habet esse in divinis inter imaginem, quae Filius est, et Patrem, cuius est imago, videbitur inferius. |

Bad. 210^o

185

Specialiter relationes communes inter se comparatae aliter et aliter fundantur super res absolutas quantitatis et qualitatis et substantiae, quia identitas et diversitas fundantur bene super rem substantiae ut in se ipsa est aliquid; aequalitas vero et similitudo atque eorum contraria non fundantur super res quantitatis aut qualitatis nisi ut sunt dispositiones substantiae seu subsistentes eis, secundum quod iam tactum est supra in fine quaestionis praecedentis et amplius in secunda quaestione articuli sequentis inferius declarabitur. |

Bad. 210^p

190

Concedenda est ergo ultima ratio ex auctoritate PHILOSOPHI probans quod relationes communes fundantur super res | absolutas trium praedicamentorum, quia scilicet modus essendi ad aliud, in quo formalis ratio illarum consistit, consequitur res illas absolutas, | et per hoc, quando reales sunt, realitatem ab illis trahunt, in qua consistit illarum ratio secundum superius exposita. |

E' 135^{vb}

195

I' 346^{vb}Bad. 210^q

<AD ARGUMENTA>

200

Ad illud quod primo arguitur in oppositum quod «praedicamentum relationis non fundatur super rem alterius praedicamenti, quia *habet propriam realitatem*», dico quod falsum est, quia nihil habet sibi proprium, ut dictum est, nisi purum modum essendi ad aliud, qui manet unus et idem in omnibus contentis sub praedicamento relationis nec contrahitur aut distinguitur in speciebus relationis. Propter quod ab illius contractione aut distinctione per aliquid quod est suae rationis, non potest sumi aliqua univocatio generis, ut procedit obiectio, sed solummodo distinguitur praedicamentum relationis sub dicto | modo communi per res absolutas substantiae, quantitatis et qualitatis indeterminate significatas in generalissimo relationis abstracto a suis speciebus constitutis et distinctis sub dicto modo communi per res absolutas dictorum trium praedicamentorum, a quibus relationis praedicamentum suam trahit realitatem. |

K" 164^{va}

Scarp. 1213b

205

210

Bad. 210^r

Et quod arguitur quod «univocatio praedicamenti relationis non sit ex parte realitatis ab aliis *praedicamentis* habitae, quia in nullo reali univocantur *substantia, quantitas et qualitas*», dico quod licet in nullo praedicamento sit vera et perfecta univocatio ratione rei significatae in genere, sed potius | analogia aut «*aequivocatio* semper *latet in genere*», | ut

215

B" 140^{rb}(sic)Q 121^{ra}

- 220 dicitur VII^o Physicorum, minor tamen est univocatio et maior
aequivocatio rei significatae in generalissimo | relationis et sex praedica-
mentorum respectivorum quam in generalissimis | aliorum praedica-
mentorum, puta trium absolutorum, quanto ex se minus realitatis
225 praedicamentum respectivum nisi quod modus sibi proprius ex natura
rei absolutae habet esse tamquam subsequens illam, qui et propter hoc
super illum fundatur, ut dictum est. Propter quod distinctio specierum
relationis, et similiter praedicamentorum respectivorum sub modo
230 communi sibi, non est nisi per additamenta rerum absolutarum quibus
determinatur dictus modus communis, et similiter realitas significandi
indeterminate sub communi modo in quolibet generalissimo talium
praedicamentorum. Et sic res diversorum praedicamentorum absoluto-
rum sive realitates contractae ab illis sub unitate modi essendi ad aliud,
235 licet non possint univocari univocatione quae sufficiat ad unitatem
praedicamenti absoluti, univocantur tamen sufficienter quantum requirit
praedicamentum respectivum. Nec debet verus aestimator rerum plus
aut minus in unoquoque requirere quam condicio naturae suae exigat.
Et consistit illa univocatio in dicto modo communi, non contractione
240 aut distinctione illius per aliquid quod est suae rationis, sicut contrahitur
et distinguitur commune reale in praedicamento absoluto, sed solum-
modo illius determinatione per additamentum eius quod est alterius
rationis. |
Ad secundum quod «*decem praedicamenta significant decem prima genera*
rerum, ergo nullum eorum respicit rem alicuius generis prioris super
245 quam fundetur», dico quod hoc consequens | non sequitur ex illo
antecedente nisi quodlibet praedicamentorum significaret rem propriam,
ut decem praedicamenta non solum significarent decem prima genera
rerum, sed etiam decem primas res. Quod non est | verum, quia non |
250 se absolutae, ad quas res consequuntur modi essendi proprii praedica-
mentis diversis qui nec res sunt nec reales possunt dici nisi ratione
illarum rerum ut ex natura earum in ipsis fundantur et ad eas conse-
quantur, sicut dictum est. Unde licet sint «*decem prima genera rerum* quae
significant *decem* praedicamenta», ut dicit BOETHIUS et bene, non tamen
255 sunt decem primae res, nec hoc dicit umquam. Praedicamenta enim
singula sunt genera rerum, sed praedicamenta respectiva non sunt
genera aliarum rerum quarum sunt praedicamenta absoluta, licet sub alio
et alio modo essendi: praedicamentum enim significat aliquid cui conve-
nit esse sub tali vel tali modo; a quo quidem modo circa id aliquid | cui
260 convenit esse principaliter, distinguuntur praedicamenta maxime respec-

Bad. 210^{vr}

S' 254^{ra}

Bad. 210^{vs}

K" 164^{vb}

Scarp. 1214a
l' 346^{va}

B" 140^{re}(sic)

- tiva ab absolutis, quia respectiva nulla realitate propria distinguuntur ab absolutis, quia nullam talem habent ex se, licet tria praedicamenta absoluta cum hoc quod inter se distinguuntur per modos essendi, et distinguuntur per proprias res secundum praedicta. |
- Bad. 210^{rv}T 265
- Ad tertium quod «*non est genus rei nisi habeat propriam realitatem*», dico quod falsum est, quia sufficit ad rationem generis generalissimi realis quod habeat proprium modum posteriorem qui consequitur rem aliquam quae ex se habet esse sub modo essendi alterius praedicamenti prioris, secundum quod contingit de praedicamentis respectivis et absolutis. | Prior enim naturaliter est modus essendi in re secundum se et absolute quam in ordine ad aliud. Per hoc enim quod talem modum
- Scarp. 1214b 270
- Q 121^{rb} habet a re, ab | ipsa realitatem habet, quae sufficit ad esse praedicamentum.
- Et quod arguitur contra hoc quod «*genus primum in eo quod est primum non potest realitatem habere ab alio*, quia ante primum non est aliud praecedens», dico quod decem praedicamenta dicuntur decem prima genera, non aspiciendo ad ordinem eorum inter se, sed solummodo aspiciendo ad ordinem contentorum in qualibet linea praedicamentali inter se. Et est alius ordo iste et ille, quia iste qui est contentorum sub eadem linea, non solum est secundum primum et secundum sive secundum prius et posterius, sed etiam est secundum sub et supra. Et tali ordine nullum praedicamentum habet aliud praedicamentum prius, quia nullum eorum continetur sub alio, nec etiam aliqua duo illorum sub tertio, sed quodlibet illorum est aequae primum. Ille vero qui est | diversorum praedicamentorum inter se, | est non secundum sub et supra, sed
- K^m 165^{ra} 285
- S^r 254^{rb} solummodo secundum prius et posterius sive primum et secundum. Et hoc modo priora sunt praedicamenta tria absoluta quam septem respectiva. Et inter absoluta primum est praedicamentum substantiae, secundum quantitatis et tertium qualitatis. Et propter istum | ordinem praedicamentorum absolutorum ad respectiva bene possunt respectiva contra-
- E^r 136^{ra} 290
- Bad. 210^{va}
Scarp. 1215a here realitatem ab absolutis. |

<QUAESTIO 2

UTRUM IDENTITAS, AEQUALITAS ET SIMILITUDO FUNDENTUR IN REBUS TRIUM PRAEDICAMENTORUM ABSOLUTORUM>

Circa secundum arguitur quod diversa genera relationum communium, puta identitatis, aequalitatis, similitudinis et eorum contraria uniformiter habent fundari in rebus trium praedicamentorum absoluto-

5

rum, scilicet substantiae, quantitatis et qualitatis. Primo sic: relatio
communis non fundatur super res illorum praedicamentorum, sicut
neque genus relationis simpliciter nisi pro quanto modus essendi ad
10 aliud consequitur naturam illarum rerum, ut dictum est in quaestione | I' 346^{vb}
praecedenti; sed modus essendi ad aliud idem et uniformis est in toto
praedicamento relationis, | ut similiter ibi dictum est; ergo etc. B" 140^{vb}(sic)

Secundo sic: quae super idem penitus fundantur et sunt penitus
uniformia inter se, uniformiter fundantur super illud super quod fun-
15 dantur. Si enim talia difformiter fundarentur, super idem penitus fundari
non possent, quia idem penitus nullius difformitatis potest esse causa.
Relationes communes omnino sunt uniformes inter se quantum ad
genus relationis pertinet, quia non dicunt nisi esse ad aliud sicut neque
relationes aliae, et super idem penitus fundari possunt, quia homo
20 homini est idem et aequalis et similis secundum unum et idem | penitus, Bad. 211^{ra}
quia secundum humanitatem; ergo etc.

In contrarium est quia similitudo recipit magis et minus, non sic
autem identitas et aequalitas et similitudo; aliquando enim est inaequa-
lium et aequalitas dissimilium, et hoc ex natura fundamentorum et
25 fundatione relationum super illa; talia autem non sunt conformia; ergo
etc. | Bad. 211^{rb}

<SOLUTIO>

Dico quod in fundatione relationum super res praedicamentorum
absolutorum est tria considerare, scilicet relationes quae fundantur et
30 ipsas res super quas fundantur et accidentia seu proprietates illarum
rerum. Ex parte autem relationum est attendendum quod non fundantur
super res aliorum praedicamentorum nisi ratione modi illius qui pro-
prius est praedicamento relationis, scilicet ad aliud esse, et hoc praecipue
quoad relationes reales; rationales enim aliquae super purum conceptum
35 fundantur. Ex eo enim quod illae relationes reales naturas rerum absolu-
tarum consequuntur et ab illis realitatem | trahunt ut dicatur modus Scarp. 1215b
realis, relationes reales dicuntur fundari super dictas res. Ex eo vero
quod quaedam relationes rationales non | consequuntur ullo modo ex K" 165^{rb}
natura illarum rerum, sed ex sola consideratione intellectus circa illas,
40 modus ille realitatem | non contrahit, sed est purus modus rationis sive Q 121^{va}
rationalis circa rem. Ex eo vero quod quaedam relationes rationales
partim consequuntur ex natura rerum, secundum hoc dicuntur fundari
super absoluta; et secundum quod partim consequuntur ex considera-

tione intellectus, sunt aliquid rationis; et sic partim sunt reales, partim vero rationales. 45

Aspiciendo ergo ad primum, scilicet ad ipsas relationes fundatas super res praedicamentorum absolutorum, dico quod omnino uniformiter fundantur relationes communes super res trium praedicamentorum absolutas, secundum quod procedit prima obiectio. Ex parte autem secundi et tertii bene contingit quod difformiter fundentur in dictis rebus, et hoc aut propter diversitatem illarum rerum, aut propter diversitatem accidentium earundem. Difformiter enim fundantur relationes communes in substantia ex una parte, et in quantitate et qualitate ex alia, quia in substantia, ex eo quod est ens in se, fundatur bene identitas | ut est aliquid existens in se, licet etiam fundetur in ipsa ut est aliquid existens in supposito, ut iam tactum est in quaestione proxima praecedenti ante solutionem primi argumenti et etiam in fine articuli sequentis, et secundum quod patebit inferius; quantitas vero et qualitas secundum rationem quantitatis et qualitatis, | tam in divinis quam in creaturis, quia non sunt ens nisi in alio, in ipsis non fundantur aequalitas et similitudo nisi ut sunt entia in alio. Ut enim considerantur secundum se, rationem habent, et non fundatur in illis nisi identitas. 50 55 60

Quia ergo res in se considerata in creaturis sub quolibet praedicamento censetur nomine substantiae in quantum sic in se consideratur, et distinguitur sub ratione unius secundum rationem individui, speciei et generis, quia in quolibet praedicamento est unum | genere, unum specie et unum numero, idcirco identitas et suum contrarium, quod est diversitas, sequuntur quodlibet genus praedicamenti secundum rationem individui, speciei et generis, licet modo contrario, ut dictum est supra in quaestione prima articuli praecedentis. | 65 70

Res | autem considerata ut existens in alio non sic distinguitur, sed ut est existens in alio et alio solummodo distinguitur per conformitatem vel per difformitatem. Per conformitatem enim ad unum in divinis personis sequuntur idem et aequale atque simile, et aequale atque simile in creaturis, licet diversimode in Deo et in creaturis quantum est ex parte unius, ut dictum est in tertia quaestione articuli praecedentis. Et econtra, scilicet per difformitatem ad multum, non sequuntur nisi inaequale et dissimile in solis creaturis, ut dictum est prima quaestione articuli illius et ut iam amplius exponetur. Propter diversitatem autem accidentium tribus rebus trium praedicamentorum | absolutorum difformiter fundantur in illis relationes communes; et hoc vel propter diversitatem accidentium communium illorum, vel propriorum. Sunt autem accidentia communiter illis convenientia unum et multum, quae descendunt in illis ut mensurae illorum secundum praedeterminata. Et 75 80

85 secundum diversitatem talium accidentium, scilicet unius et multi, inter
se difformiter fundantur super dictas res relationes communes quae
sequuntur ad unum; et contrariae illarum, illae scilicet quae sequuntur ad
multum, conformiter, tamen modo contrario sive in opposito, ut tactum
est in secunda quaestione articuli praecedentis.

90 Et similiter secundum diversitatem unius in substantia, ad quod
sequitur idem, et unius in quantitate, ad quod sequitur aequale, et unius
in qualitate, ad quod sequitur | simile, quandoque difformiter fundantur
idem in substantia, aequale in quantitate et simile in qualitate, et quando-
que uniformiter fundantur in illis, prout expositum est in tertia quaesti-
95 one articuli praecedentis, et hoc comparando relationes communes inter
se tripliciter: | uno modo idem, aequale et simile, | ut sunt in divinis
tantum, in quibus omnino uniformiter habent fundari quantum est ex
ratione unius. Et alio modo comparando illa ut sunt in creaturis tantum,
in quibus uniformiter aequale et simile habent fundari quantum est ex
100 ratione unius, sed difformiter illis idem sive relatio identitatis habet
fundari in substantia. Tertio autem modo comparando illas tres relatio-
nes ut sunt in divinis ex una parte et in creaturis ex altera, identitas
eiusdem ad se uniformiter sequitur unum in divinis et in creaturis;
identitas autem distincti ad distinctum in solis divinis habet esse, non
105 autem in creaturis; aequale autem et simile in creaturis omnino difformi-
ter sequuntur unum; et identitas tam in divinis quam in creaturis, et
similiter aequale et | simile in creaturis omnino difformiter sequuntur
unum et aequale | et simile in divinis, secundum quod haec omnia
patent ex tactis in praedicta quaestione. |

110 Sunt autem accidentia propria illis | praedicamentis, videlicet
quod substantiae et qualitati ex una parte non convenit, in quantum sunt
substantia aut qualitas, habere partes in natura et essentia sua, sicut hoc
convenit quantitati. Propter quod difformiter fundantur in quantitatibus
diversis relationes communes ex parte quantitatum, non autem in
115 substantiis aut qualitatibus ex parte ipsarum; sed aliter ex parte quantita-
tis molis, aliter vero ex parte quantitatis virtutis. Quantitas enim molis
eadem numero habet partem extra partem et gradus secundum illas, et
dicitur quaedam linea pedalis, quaedam bipedalis, quaedam tripedalis, et
sic de ceteris gradibus secundum rationes numerorum; | et similiter de
120 superficie et corpore. Et secundum hoc accidunt lineae longum et
breve, et superficiei latum et strictum, et corpori spissum et tenue
secundum profundum, ex quo sequitur quod una linea comparata alteri
secundum longum et breve, et similiter superficies superficiei secundum
latum et strictum, et corpus corpori secundum haec eadem, quia in se

E' 136^{rb}Q 121^{vb}
B" 142^{rb}I' 347^{rb}

Scarp. 1216b

Bad. 211rdBad. 211^{vd}K" 165^{vb}

	continet lineam et superficiem aut secundum spissum et tenue, quia	125
Bad. 211 ^{ve}	continet ex se ratione corporis, aut est maior aut minor aut aequalis.	
	Et opponuntur maius et minus aequali secundum privationem et	
	habitum, quae tamen non sunt nata fieri nisi circa idem in forma et	
	specie. Et sumitur aequale ab uno quod est in eodem gradu diversarum	
	quantitatum numero, et inaequale a multo quod est in diversis gradibus	130
	similiter diversarum quantitatum numero, sed earundem specie. Requirit	
	enim aequalitas solam graduum conformitatem, et inaequalitas solam	
	graduum difformitatem, et hoc utrobique in eadem specie quantitatis	
	propter oppositionem secundum habitum et privationem, quae non	
	sunt nata fieri nisi circa idem in forma et specie et diversa numero	135
	tantum. Et sicut est hoc in magnitudine continua permanente, scilicet in	
B ^u 142 ^{va}	magnitudine, sic est etiam in tempore, quod est quantitas continua	
S ^u 254 ^{vb}	non permanens, cui ad modum lineae accidunt longum et breve, sic	
	etiam in loco, cui ad modum superficiei accidunt latum et strictum. Et	
	sicut est hoc in quantitate continua, sic et in quantitate discreta accidit	140
	idem, puta in numero, cui per suas partes et gradus in illis accidunt	
	multum et paucum. Et similiter in oratione, cui ad modum numeri	
	accidit multum et paucum in quantum habet rationem discreti, et lon-	
Q 122 ^{ra}	gum et breve ad modum temporis in quantum habet rationem conti-	
	nui. Nec est in hoc differentia ex parte continui et discreti nisi in hoc	145
Scarp. 1217a	quod in eodem singulari continuo, puta linea, superficie, corpore,	
	tempore aut loco aut oratione in quantum habet rationem continui, sunt	
	secundum illa, scilicet longum et breve etc., in virtute omnes gradus et	
	perfectiones quae possunt cadere inter diversa continua comparata inter	
	se. Et hoc semper parte existente extra partem in eodem singulari	150
	continuo, licet non distincta ab alia aut divisione aut signatione, sed	
	distinguibili solummodo vel divisione unius continui in duo, vel signati-	
	one puncti unius inter duas partes eiusdem lineae, vel instantis unius	
	inter duas partes unius temporis continui.	
	Et hoc contingit, quia continuum omne divisibile est in infinitum,	155
	et in tot partes est divisibile minimum continuum et maximum, licet non	
I ^u 347 ^{va}	in aequales. In eodem autem singulari discreto, puta numero denario,	
K ^u 166 ^{ra}	non est nisi certus numerus partium et proportionum secundum illas,	
	et hoc parte existente actu extra partem propter actualement distinctionem	
	et divisionem ratione discretionis partium inter se. Unde considerando	160
	divisionem denarii diversimode, scilicet per quinque et quinque et per	
	sex et quattuor et per tria et septem et per octo et duo et per novem et	
	unum, semper sunt aliae et aliae proportionum, et hoc tam inter partes	
	quam inter totum et quamlibet partium. Puta inter quinque et quinque	
	est proportio aequalitatis; inter decem vero et quinque est proportio	165

- dupli ad subduplum, et sic de ceteris. Et sic considerando totum et quamlibet partem secundum gradus illorum semper est in illis relatio communis penes inaequalitatem, cum tamen considerando illa secundum suam substantiam sit semper inter illa relatio identitatis et diversitatis mixtim, ut supra expositum est. Sic ergo uniformiter fundantur aequale et simile in eisdem specie; difformiter tamen inaequale et dissimile, quia inaequale non est nisi in eisdem specie, sicut neque aequale. Dissimile autem non est nisi in diversis specie, et simile non nisi in eisdem | specie. E' 136^{va}
- 175 Quantitas vero virtutis non habet eandem numero partem extra partem neque gradus secundum partes, sed quaelibet illarum maior habet in se in natura simplici unite omnes partes | quae natae sunt in aliis et aliis minoribus existere seorsum et separate, | sed hoc dupliciter: quia quandoque in natura simplici habentur unite et invariabiliter, B'' 142^{vb}
Bad. 211^{vf}
- 180 quandoque vero unite et variabiliter. Primo modo est quantitas virtutis in substantiis. Omnia enim contenta in praedicamento substantiae, ut species specialissimae diversae, diversos et certos gradus perfectionum important, nec est una et eadem variabilis ab uno gradu in alterum, sed semper una est in superiori gradu quantitatis perfectionalis quam | Scarp. 1217b
- 185 altera, et continet semper superior virtute omnem quantitatem omnis perfectionis inferioris et aliquid finitum amplius, sicut deitas continet omnem quantitatem perfectionalem cuiuscumque creaturae et amplius in infinitum.
- 190 Secundo autem modo est quantitas virtutis in qualitatibus recipi-entibus magis et minus, et hoc non secundum quod considerantur secundum se ut sunt aliquid in suo praedicamento per essentiam, aut ut ponuntur separatae per existentiam sicut ideae Platonicae (sic enim semper nominant rem in summo secundum gradum qui competit suae speciei, secundum quod exposuimus alias in quadam quaestione *Q u o -*
- 195 *l i b e t* XIVⁱ et sic habent rationem substantiae, ut in proxima sequenti | Q 122^{rb}
quaestione declarabimus), sed solummodo secundum quod habent esse in subiecto et in materia, ubi per transmutationem naturalem eadem qualitas est susceptibilis eius quod est | maius et minus in sua essentia. Bad. 212^{rf}
- 200 Puta albedo aut calor nata sunt fieri in eodem | singulari, maior de minori et minor de maiori, et secundum hoc denominare habent subiec-tum album vel calidum secundum magis et minus, secundum quod alias in quadam quaestione de eo quod est magis et minus satis declaravi-mus. | K'' 166^{rb}
S' 255^a
- 205 Et sic secundum quantitatem virtutis perfectionalis primo modo non est inter diversa entia nisi inaequalitas, praeterquam dumtaxat inter substantias contentas | sub eadem specie specialissima, quae aequales I' 347^{vb}

sunt quantitate perfectionis. Et quoad hoc conformis est ista aequalitas perfectionalis aequalitati quantitatis molis. Non est enim utraque nisi inter differentia solo numero. Sed inaequalitas perfectionalis non est conformis inaequalitati in quantitate molis neque dissimilitudini, sed solummodo diversitati, quia quaecumque diversa specie aut genere sunt inaequalia quantitate perfectionis, inaequalia autem quantitate molis non sunt nisi differentia numero et dissimilia nonnisi differentia specie specialissima. |

Bad. 212^{CG}

Secundum quantitatem autem virtutis perfectionalis secundo modo, quae scilicet est in accidente susceptibili magis et minus in subiecto, non est aequalitas aut inaequalitas nisi inter eadem specie, sicut neque in quantitate molis. Et sicut in illis quantitibus molis | potest esse aequalitas et inaequalitas partium inter se et ad totum in eodem tempore, sic in istis qualitatibus quoad quantitates virtutis potest esse aequalitas et inaequalitas eiusdem ad se ipsum pro alio et alio tempore, secundum quod minus calidum in uno tempore potest esse maius calidum in alio tempore vel aequale calidum. |

B" 143^{ra}Bad. 212^{CH}
Scarp. 1218a

Ex quibus patet quod aequalitas et inaequalitas fundatae in quantitate molis aut in quantitate virtutis in qualitate in quantum ipsa recipit magis et minus sive maius et minus, quia se habent secundum privationem et habitum, necessario sunt circa eadem in forma et specie. Similitudo autem et dissimilitudo fundatae in qualitate simpliciter, quia se habent sicut contraria, necessario similitudo est inter eadem forma et specie; dissimilitudo vero necessario inter diversa atque contraria forma et specie, et non inter alia. Identitas autem et diversitas et aequalitas atque inaequalitas fundatae in substantia, quia se habent sicut contradictoria, eo quod quaelibet duo entia substantialia aut modum substantiae habentia aut sunt eadem aut diversa aut aequalia aut inaequalia, idcirco licet identitas sit solummodo eorundem numero specie aut genere, et aequalitas sive molis sive virtutis in substantia aut qualitate, et similiter inaequalitas molis non est nisi eorundem specie specialissima, | diversitas tamen et inaequalitas substantialis quorumcumque duorum entium sese habent penes gradus, et differentiae entium secundum gradus et differentias numerorum. Sicut enim numeri proveniunt ab unitate secundum quandam participationem formae illius, et praeterea omnes numeri quodammodo sunt eiusdem speciei, ut tactum est supra, sic omnes creaturae procedunt a Deo secundum quandam participationem formae illius. Et propterea omnes creaturae quodammodo sunt respectu Dei eiusdem formae sive speciei, quia non sunt nisi quaedam participatio formae divinae. Et per hoc, in quantum omnes numeri sunt quodammodo unius speciei et similiter omnes creaturae | inter se,

K" 166^{va}Q 122^{va}

universaliter aequale et inaequale non sunt nisi in eadem forma et specie.
 Quoad hoc enim se habent secundum diversos gradus suos, quibus
 250 inaequales dicuntur inter se diversi numeri et diversarum specierum
 creaturae, sicut se habent diversae qualitates | sub eadem specie, puta I' 348^{ra}
 coloris aut albedinis secundum diversos gradus quibus dicuntur inaequa-
 les inter se duo colores aut albedines duae, quibus subiecta etiam dicun-
 tur calida seu alba secundum magis aut minus inaequaliter calida aut
 255 inaequaliter alba. Et sic inaequalia secundum quantitatem virtutis, sicut
 etiam aliquando aliqua sunt inaequalia secundum quantitatem molis,
 licet ratione qualitatis, | puta caloris aut albedinis, sunt simpliciter similia; B" 143rd
 aliquando vero secundum quantitatem molis aut virtutis sunt etiam | E' 136^{vb}
 inaequalia et e contra dissimilia sunt aequalia. Et quoad hoc bene diffor-
 260 miter fundantur relationes communes super quantitatem | et qualitatem,
 ut procedit tertia obiectio, quae difformitas a fundamentis oritur, sed in
 subiectis fundamentorum existit, quae difformiter ab ipsis denominan-
 tur, in hoc scilicet quod similitudo est inaequalium. Et etiam in hoc est
 difformitas quod similitudo magis et minus recipit, non autem identitas
 265 aut aequalitas. Similitudo enim magis et minus recipit propter diversos
 gradus in quantitate virtutis qualitatis eiusdem secundum speciem.
 Dicitur enim similitudo inter haec duo alba maior quam inter alia duo
 alba, et hoc album dicitur magis simile illi albo | quam aliud, et hoc eo S' 255th
 quod maior similitudo fundatur super qualitates magis ad aequalitatem
 270 appropinquantes, et secundum hoc etiam dicuntur subiecta magis
 similia. Et sic quod similitudo recipit magis aut minus, hoc non contin-
 git nisi quia inaequalitas virtualis magis et minus recipit, et semper maius
 et minus in ipsis relationibus, et magis et minus in ipsis relatis, potius
 sequuntur | quantitates virtuales in relatis quam ipsas relationes. Non K" 166^{vb}
 275 sic autem aequalitas recipit magis et minus sicut similitudo, et hoc quia
 aequalitas non consistit nisi in graduum conformitate, sicut neque
 identitas maxime numeralis, quia non fundatur nisi super uno dicto ab
 unitate in qua non est difformitas. | Bad. 212^{rl}

<AD ARGUMENTA>

280 Ex dictis etiam patet responsio ad secundum obiectum, quia bene
 verum est quod relationes communes non fundantur difformiter quan-
 tum est ex ratione respectus, qui est ad aliud esse, neque quantum est ex
 ratione fundamentorum quando fundantur super idem. Tunc enim tria
 ex una parte, scilicet idem, aequale et simile, et tria ex alia, scilicet diver-
 285 sum, inaequale et dissimile uniformiter se habent, et conversim conse-
 quantur se | ut si aliquid est ad idem, est aequale et simile et e converso; Bad. 212^{vl}

et quantum est idem, tantum est aequale et simile et e converso. Et non sunt ista aequalitas et similitudo nisi substantiales, sicut et identitas, quae identitas multum difformiter sive aliter fundatur in substantia vel in re alia ut habet rationem substantiae quam aequalitas et similitudo in rebus quae sunt accidentia et habentia rationem accidentium in subiecto, et similiter eorum contraria. Sicut enim aequalitas et similitudo substantiales consequuntur identitatem et e converso, sic et eorum contraria sese consequuntur. Quando autem fundantur super diversa, non oportet quod tantam uniformitatem habeant secundum fundamenta, ut patet ex dictis. Et secundum hoc procedit ultimum obiectum. |

Bad. 212^{vk}Q 122^{vb}I' 348^{rb}B" 143^{va}

Scarp. 1219a

Et est universaliter sentiendum quod tanto verius et conformius | habent relationes | communes esse | in aliquibus, quanto verius et | conformius habent esse in illis illarum fundamenta. Quae, quia conformius habent esse in divinis quam in creaturis et verius, idcirco relationes communes quae habent esse in divinis et in creaturis, verius et conformius | habent esse in divinis quam in creaturis. Propter quod etiam quoad hoc difformiter relationes communes habent esse in divinis et in creaturis, secundum quod haec quoad divina clarius patebunt inferius. |

Scarp. 1219b

Bad. 212^{vl}

Scarp. 1219a

<QUAESTIO 3

UTRUM RELATIONES COMMUNES FUNDENTUR IN SUBSTANTIA, QUANTITATE ET QUALITATE>

Circa tertium arguitur quod relationes communes non tantum habent fundari in tribus generibus, scilicet substantia, quantitate et qualitate, sed etiam in quolibet alio. Primo sic: in quibuscumque est reperire causas et principia aliquorum, et illa similiter, quia principiatum et causatum sequuntur causas et principia; quare cum unum et multum, quae sunt causae relationum communium, secundum superius determinata, reperiantur in quolibet praedicamento, in quolibet ergo praedicamento habent reperiri et fundari super unum et multum relationes communes.

Secundo sic: sicut substantia praedicatur in eo quod est quid, et quantitas in eo quod quantum, et qualitas in eo quod quale, sic alia praedicamenta praedicantur in eo quod est quodam modo se habere. Quare, sicut secundum substantiam aliqua dicuntur eadem aut diversa, quia una substantia aut plures praedicantur de | illis in eo quod quid; et secundum quantitatem aliqua dicuntur aequalia aut inaequalia, | quia una quantitas aut plures praedicantur de illis in eo quod quantum; et secun-

K" 167^{ra}

Scarp. 1219b

20 dum qualitatem aliqua dicuntur similia aut dissimilia, quia una qualitas
aut plures praedicantur de illis in eo quod quale; secundum quod haec
patent ex praedeterminatis, sic consimiliter quia una actio aut plures
praedicantur de aliquibus, et similiter una passio, unum quando, unum
ubi, aut plura, et sic de ceteris praedicamentis praedicantur de aliquibus
25 in quodam modo se habere, illa ergo debent dici seu denominari secun-
dum illa praedicamenta aliqua relatione communi. Et sic super alia
praedicamenta debent fundari relationes communes sicut super substan-
tiam, quantitatem aut qualitatem, ut sicut est relatio communis aliquo-
rum inter se, quia uniformiter se habent ad qualitatem et uniformiter
30 sunt quales, puta albi, et dicuntur similes, sic debet esse relatio commu-
nis aliquorum inter se, quia uniformiter se habent ad actionem, puta ut a
quibus procedit sicut ab agentibus, seu ad passionem ut in quibus
recipitur sicut in passivis. Et sic duo agentia, puta duo calefacientia,
debent ex hoc habere aliquam relationem inter se quod | uniformiter se
35 habent ad calefactionem, sicut duo alba habent relationem similitudinis
inter se, quia uniformiter se habent ad albedinem; et similiter alia duo ad
passionem, et alia ad quando, et sic ad cetera | praedicamenta. |
Tertio sic: sicut calefaciens et calefactum diversimode se habent
ad motum calefactionis, sic duo calefacientia uniformiter | se habent ad
40 motum eundem, et similiter duo calefacta inter se. Quare, cum propter
hoc quod calefactum et calefaciens diversimode se habent ad motum,
ipsa relata | sunt inter se relationibus propriis, sic ergo duo calefacientia
inter se et similiter duo | calefacta inter se, quia uniformiter se habent
ad motum, relata debent esse inter se relationibus communibus.
45 In oppositum est PHILOSOPHUS, qui dicit V^o et X^o Meta-
physicae quod non possunt relationes communes fundari nisi super
substantiam, quantitatem et qualitatem, ut patet ex praedeterminatis, et
supponitur quod in hoc non est insufficienter locutus. |

Scarp. 1220a

B" 143^{vb}S' 255^{va}E' 137^{ra}I' 348^{va}Q 123^{ra}Bad. 212^{vm}

<SOLUTIO>

50 Dico secundum praedicta quod in relatione, licet respectus dicat
modum proprium essendi, scilicet ad aliud, diversum a modo essendi
secundum se, nullam tamen realitatem omnino propriam habet aut sibi
determinat, sed solummodo realitatem habet ex hoc quod fundatur super
rem cuius proprius est hic modus | essendi secundum se, ita quod
55 respectus ipse nihil esset omnino praeter quam secundum animam, nisi
super illam rem fundaretur sive a ratione sive a natura rei. Propter quod
respectus unus quidquam realitatis naturae habens sive originaliter et

K" 167^{rb}

completive sive originaliter tantum, super alium respectum ex eo quod ipse purus respectus est, nullo modo fundari potest. Sed si respectus huiusmodi super respectum fundetur, hoc non est nisi in quantum ille fundatur in re absoluta, et sic ratione rei absolutae fundatur in illo, et sic potius fundatur in illa re absoluta originaliter quam in ipso respectu fundato immediate in illa. Propter quod cum ab una et eadem re absoluta non trahatur nisi una realitas, quia ab uno et eodem in quantum huiusmodi non procedit nisi unum et idem, respectus igitur fundatus super respectum non potest esse alius realiter ab illo ratione fundamenti, nec etiam ratione obiecti sive oppositi ad quod est, quia respectus fundatus super respectum necessario est ad idem cum illo super quem fundatur. Quare cum relatio non distinguatur a relatione nisi in ordine ad fundamentum vel ad obiectum, oportet igitur quod sit una relatio utraque et unus respectus secundum rem; et si sit alius et alius, oportet quod alius sit sola ratione unius ab altero, et idem secundum modum seu secundum genus relationis, ut si supra paternitatem, | quae est patris ad filium, quae est propria relatio patris, fundetur oppositio patris | ad filium, illa oppositio ut est in patre est eadem relatio secundum rem cum paternitate, differens sola ratione ab illa, et est realis | in ordine ad filiationem et relatio propria, sicut est etiam ipsa paternitas. Licet enim communi nomine dicatur oppositio ut est in patre et ut est in filio, non propter hoc est relatio communis, ut habitum est supra.

Et per eundem modum dico quod super nullum praedicamentum respectus potest fundari relatio communis, quia respectus cuiuslibet praedicamenti respectivi proprius est illi, et ex propria causa est in illo cui inest, puta 'quando' in existente in tempore et 'ubi' in existente in loco, et sic de ceteris. Propter quod in illis non solum non potest fundari relatio sive respectus alius re vel genere ab illis, sed nec in illis potest fundari omnino aliquis respectus qui pertinet ad relationem communem, quia illa necessario requirit causam communem in relatis, ut patet ex praedeterminatis. Et sic dico absolute quod relatio communis non potest fundari nisi super illa tria praedicamenta absoluta. | Et concedenda est super hoc auctoritas PHILOSOPHI tacta in ultima ratione. |

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «*unum et multum, quae sunt principia sive causae relationum communium, reperiuntur in quolibet aliorum praedicatorum sicut in illis | tribus*», dico quod, cum fundamenta relatio-

num communium distinguantur secundum tria praedicamenta absoluta
 quae sunt substantia, | quantitas et qualitas, ibi quantitas et qualitas, quae
 sunt praedicamenta accidentium, aliter considerantur quam consideren-
 tur quando in libro Praedicamentorum distinguuntur contra
 100 substantiam et contra septem respectiva praedicamenta. Ibi enim
 considerantur secundum se et secundum id quod sunt aliquid secundum
 rem et essentiam suam abstracta a subiectis in quibus sunt, et secundum
 quod praedicantur superiora de inferioribus secundum quid.

Q 123^b

Hic vero considerantur secundum quod ordinem habent ad
 105 subiecta in quibus sunt et secundum quod concreta sunt illis et ipsa
 dominant, et dicuntur ab eis qualia aut quanta, et praedicantur de illis
 in eo quod quale aut quantum. Et quia praedicatio in eo quod quid est
 proprie substantiae quia in solo praedicamento substantiae est quid
 proprie, idcirco quantitas et qualitas primo modo considerata et similiter
 110 quodlibet aliorum praedicamentorum rationem substantiae habent, et
 extenso nomine substantiae omnia | praedicamenta substantiae dicun-
 tur. Et sic dico quod cum fundamenta relationum distinguantur in |
 substantiam, quantitatem aut qualitatem, ibi sumitur substantia large pro
 quolibet genere praedicamenti ut secundum se et absolute consideratur.

S' 255^{vb}

Scarp. 1221a

Et illo modo considerandi solummodo consequitur praedicamenta
 115 illorum distinctio secundum genus, speciem et individuum, et similiter
 unum et multum genere, specie et numero, a quibus in quantum
 huiusmodi non causantur nisi idem et diversum in quolibet praedica-
 mento reperiantur. Et sic super quodlibet genus praedicamenti secun-
 120 dum se consideratum fundatur relatio communis et causatur ab uno et
 multo, sed hoc non nisi ut quodlibet praedicamentum pertinet ad |
 substantiam sive ad praedicamentum substantiae large acceptae. Sed
 super quantitatem et qualitatem, si fundentur proprie relationes commu-
 nes aliae ab illa quae fundatur super substantiam, hoc est non consi-
 125 derando illa praedicamenta isto modo, sed solummodo considerando
 illa secundo modo, scilicet in ordine ad sua subiecta ut ipsam substan-
 tiam determinant, et propria subiecta relata quae sunt materialis causa
 illarum relationum. Non sunt enim similia aut dissimilia | nisi qualia,
 neque aequalia aut inaequalia nisi quanta. Sed secundum istam conside-
 130 rationem super septem praedicamenta respectum nullae relationes
 communes fundari possunt propter causam iam dictam in corpore
 solutionis.]

B" 144^{rb}

E' 137^{vb}

Bad. 213^{vo}

Ad secundum quod «secundum praedicationem in eo quod quid et
 quod quantum et quod quale fundantur | relationes communes in substan-
 135 tia, quantitate et qualitate, ergo secundum praedicationem in eo quod est
 aliquo modo se habere, similiter debent fundari relationes communes

K" 167^{vb}

super septem praedicamenta respectuum», dico quod respectus, quia nihil rei addit super suum fundamentum, ideo ut comparatur ad fundamentum aut ad substantiam in quo est ipsum fundamentum, incidit in fundamentum et nihil ponit praeter fundamentum. Propter quod super respectum, ut consideratur in ordine ad suum fundamentum aut ad substantiam illius, | nullus respectus alius fundari potest, quia in hoc ordine nihil praeter fundamentum est, et super nihilo non habet fundari aliquid. Sed quod respectus est aliquid, puta modus quidam praeter ipsum fundamentum, hoc non est nisi in ordine ad obiectum. Et sic si respectus aliquis fundari debeat super illum, hoc est ut consideratur in ordine ad obiectum. In ordine autem ad obiectum super respectum non potest fundari respectus alius ab illo super quem fundatur, nisi secundum rationem tantum, ut iam dictum est, qualis non potest esse respectus relationis communis respectu respectuum propriorum existentium in singulis praedicamentis, quia secundum rem | distinguitur genus relationum communium a relationibus propriis quae sunt in actionibus et mensurationibus sicut supra declaratum est, et ex hoc etiam, scilicet quia si ita esset, eadem ratione super relationem communem fundaretur relatio alia communis, et esset processus in | infinitum. Cum enim duo alba sint similia et similiter duo nigra, haec duo alba illis duobus nigris conformia sunt in similitudine, et sic inter illa esset alia relatio communis et sic deinceps in infinitum.

Quamquam ergo secundum aliquod aliorum praedicamentorum praedicetur aliquid communiter de aliquibus, secundum id tamen nulla procedit relatio communis in illis, quia non est nata procedere secundum illud, quemadmodum duo patres aut duo filii in creaturis nullam omnino relationem communem habent inter se, sed duo filii | ad duos patres, aut duo patres ad duos filios solum habent relationes proprias paternitatis aut | filiationis, quia super illas nulla omnino potest fundari relatio. |

Ad tertium quod «sicut *calefaciens et calefactum* quia difformiter se habent ad motum, habent inter se relationibus propriis correlationem, sic duo calefacientia aut duo calefacta quia conformiter se habent ad motum debent habere inter se correlationem relatione aliqua communi», dico quod revera calefaciens et calefactum correlationem habent inter se propriis relationibus, sed hoc non tam quia difformiter se habent ad motum eundem, quam quia alterutrum eorum, | quod se habet modo suo ad motum, hoc non est nisi in ordine ad aliud se habens ad motum secundum alium modum se habendi ad illum. Sed quod duo calefacientia vel duo calefacta conformiter se habeant ad motum, hoc est absque omni ordine alterutrius ad alterum, quia duo calefacientia uniformiter nullum

140

145

150

155

160

165

170

175

180 ordinem habent inter se similiter nec duo calefacta. Propter quod, licet
 illa difformitas se habendi | ad motum inter calefaciens et calefactum
 non sit sine relationibus propriis, ista tamen conformitas se habendi ad
 motum duorum calefacientium vel duorum calefactorum est sine omni
 relatione communi inter calefacientia aut inter calefacta, quia ex confor-
 mitate inter duo non est nata sequi relatio communis nisi sit illa confor-
 mitas in aliquo absoluto. Cum vero est in relativo, qualis est conformitas
 185 inter duo calefacientia, in eo scilicet quod uniformiter se habent ad
 calefacta aut e converso, secundum illam nulla omnino nata est sequi
 relatio communis, quia non est nata fundari super relationem, ut dictum
 est. |

Bad. 213^o
 Scarp. 1222a

<QUAESTIO 4

UTRUM SINGULUM GENUS RELATIONUM COMMUNIORUM IN SINGULO DICTORUM TRIUM PRAEDICAMENTORUM HABEAT FUNDARI>

5 Circa quartum arguitur quod non singulum genus relationum
 communium in singulo dictorum trium | generum praedicamentorum
 habeat fundari, sed potius singulum in quolibet. Primo sic: in illis habent
 fundari relationes communes secundum quae relata a relatione com-
 muni denominantur. Puta, identitas habet fundari in illis secundum quae
 aliqua dicuntur eadem; aequalitas in illis secundum quae dicuntur aequa-
 10 lia; similitudo in illis secundum quae dicuntur similia. Sed secundum
 singula genera praedicamentorum aliqua denominantur eadem aequalia
 et similia; in quolibet enim genere sunt aliqua eadem numero, genere et
 specie; sunt etiam aequalia in quolibet genere illa quae sunt sub eadem
 specie specialissima; quae etiam sunt similia secundum superius determi-
 15 nata; ergo etc.

Secundo sic: relationes quae sequuntur differentias et convenien-
 tias communium generum entis, in omnibus generibus fundantur, quia
 non sequuntur illa nisi ex fundatione sua in illis; singula dicta genera
 relationum communium consequuntur differentias et convenientias
 20 omnium generum entis, quia quorumlibet | duorum entium unum est
 idem alteri aut diversum ab eodem secundum praedicta, et etiam quaeli-
 bet duo entia aut aequalia sunt in gradu entis aut inaequalia, | et quae-
 cumque sunt sub eodem genere aut cadunt sub eadem differentia
 generis, aut sub alia et alia, et ideo | aut similia aut dissimilia; ergo etc.

I' 349^o

B" 144^o

Q 123^o

Scarp. 1222b

K^m 168^b In contrarium est PHILOSOPHUS qui non | ponit idem et diver- 25
sum nisi in substantia, aequale et inaequale nisi in quantitate, simile
Bad. 213^{vr} autem et dissimile non nisi in qualitate. |

<SOLUTIO>

Eⁱ 137^{va} Dico | quod singulum trium praedicamentorum absolutorum, 30
substantiae scilicet quantitatis et qualitatis, aut large accipitur aut stricte.
Substantia enim stricte accepta nominat solummodo rem absolutam
secundum se et in se existentem quae est proprie de praedicamento
substantiae. Substantia autem large accepta nominat quamcumque rem
prout habet modum substantiae, scilicet praedicandi de se vel de alio in 35
eo quod quid, ut tactum est in quaestione praecedenti. Quantitas autem
stricte accepta nominat solummodo rem absolutam de praedicamento
quantitatis. Quantitas vero large accepta nominat quamcumque rem
prout habet modum quantitatis, in praedicando scilicet de aliquo sub- 40
iecto in eo quod quantum; et hoc sive in eo quod quantum quantitate
molis, qualiter praedicantur illa quae pertinent proprie ad praedicamen-
tum quantitatis, sive in eo quod quantum quantitate perfectionis essenti- 45
alis aut virtualis, qualiter praedicantur illa quae communiter sunt quanti-
tates. Qualitas autem stricte accepta nominat solummodo rem absolu-
tam de praedicamento qualitatis. Qualitas vero large accepta nominat
quamcumque rem habentem in praedicando modum qualitatis, in prae- 45
dicando scilicet in eo quod quale, et hoc in eo quod quale qualitate
accidentali qualiter praedicantur de suis subiectis illa quae sunt proprie
Scarp. 1223a de praedicamento qualitatis, sive in | eo quod quale qualitate substanti-
ali, qualiter praedicatur differentia constitutiva in quolibet praedica-
mento de specie quam constituit. 50

Bad. 213^{vs} Stricte autem sumendo substantiam, quantitatem et qualitatem,
dico quod singulum genus relationum communium in singulo trium
praedicamentorum absolutorum habet fundari, | quia in substantia
stricte accepta, cuiusmodi sunt individua, species et genera in praedica-
mento substantiae, non habent fundari nisi idem et diversum, in quanti- 55
tate vero stricte accepta ut comparatur ad substantiam non nisi aequale
et inaequale. In qualitate vero stricte accepta non nisi simile et dissimile
secundum quod procedit ultima ratio. Large autem sumendo sub-
stantiam, quantitatem et qualitatem, dico quod singulum genus relatio-
num communium fundatur in quolibet trium generum praedicamento- 60
rum | praedictorum, ut procedunt duae primae rationes. Idem enim et
B^m 145^{ra} diversum non solum fundantur | super res existentes in praedicamento

substantiae, | sed etiam fundantur super | res existentes in aliis praedica-
 mentis; et dicuntur idem vel diversi inter se existentia in quocumque
 65 praedicamento alio, ut expositum est supra. Similiter aequale et in-
 aequale non solum | fundantur super res existentes in praedicamento
 quantitatis, nec solum aequalia vel inaequalia dicuntur inter se vel alia
 secundum illa quae sunt existentia in praedicamento quantitatis, sed
 etiam fundantur super res existentes in aliis praedicamentis ut habent in
 70 se rationem quantitatis determinatae secundum gradum perfectionis, et
 dicuntur ipsa aequalia vel inaequalia inter se vel aliqua secundum illa. Et
 est speciale in inaequali sequente ad quantitatem perfectionis quod
 uniformiter consequitur diversum secundum speciem et genus. Quae-
 cumque enim sunt diversa specie specialissima, sive sint eadem genere
 75 sive diversa, semper sunt inaequalia secundum gradum perfectionis
 naturalis, cum tamen inaequale sicut et aequale quod consequitur quanti-
 tatem | molis solummodo consequitur diversum secundum numerum
 sub eadem specie specialissima. Inaequali autem quod consequitur
 quantitatem perfectionis speciale est quod uniformiter consequitur idem
 80 secundum speciem, diversum tamen numero.

Quaecumque enim sunt eadem specie specialissima et differentia
 numero solo, sunt aequalia quantitate perfectionis essentialis. Licet enim
 sint formae quaedam ad quas sub eadem specie specialissima in subiecto
 consequitur magis et minus et aequale, et existentia | in eodem gradu
 85 intensionis, puta caloris aut frigoris aut alicuius huiusmodi, dicuntur
 aequalia secundum illas quantitates perfectionis virtualis propter partici-
 pationem formae a subiectis aequaliter. Et similiter ipsae formae inter se
 aequales dicuntur, existentia autem in diversis gradibus dicuntur in-
 aequalia secundum illas quantitate perfectionis virtualis propter partici-
 90 pationem ipsius formae a subiecto secundum magis et minus. Et simili-
 ter ipsae formae inter se inaequales dicuntur propter esse ipsa in sub-
 iecto secundum magis et minus. Secundum enim AUGUSTINUM De
 Trinitate libro VII^o cap.^o 7^o: «*In eis quae non sunt mole magna, idem est*
maius esse quod est melius esse», bonitate scilicet perfectionis essentialis aut
 95 virtualis. Tamen eadem formae ratione suae essentiae secundum se
 consideratae, ut essentiae quaedam sunt individuae sub specie specialis-
 sima, aequales inter se sunt quantitate perfectionis essentialis. Unde etsi
 essent separatae, ambae essent aequales et in summo gradu perfectionis
 | quae speciei suae nata est convenire. Una enim albedo separata, nec
 100 magis albedo | nec maior albedo esset quam alia, prout alias determina-
 vimus in nostro XIV^o Q u o l i b e t . |

Est autem ulterius advertendum quod secundum tales formas, ut
 simpliciter accipiuntur, subiecta illarum secundum ipsas simpliciter

Bad. 214^{rS}
K" 168^{va}

S' 256^{tb}

Q 124^{ra}

Scarp. 1223b

K" 168^{vb}

B" 145^{tb}

Bad. 214^{rT}

denominantur esse similia, sive in aequali sive in inaequali gradu fuerint. Et cum sint in gradu aequali, tunc secundum illas dicuntur perfecte similia; cum vero sunt in gradu inaequali, tunc respectu illorum quae sunt perfecte similia in gradu aequali, subiecta illarum secundum illas dicuntur similia secundum magis et minus, secundum quod magis et minus accedunt ad aequale. Et respondent isti gradus perfectionis in quantitate virtutis gradibus existentibus in quantitate molis, quae est in continuis | et discretis; licet in discretis non dicatur proprie esse quantitas molis proprie, nec etiam in | aliis continuis a corporalibus, in quibus corporalibus gradus sumuntur in eis quae sunt eiusdem speciei secundum accidentia continua, quae sunt longum, breve, latum, strictum, spissum et tenue, secundum quod in numeris et discretis quae secundum praedicta proprie sunt eiusdem speciei specialissimae, sumuntur gradus secundum plus et minus, et dicuntur aequalia quae sunt in eodem gradu, puta unum et unum, duo et duo, tria et tria, et sic deinceps; et inaequalia quae sunt in diversis, puta unum ad duo et tria et deinceps; similiter duo ad tria, quattuor et deinceps. Et secundum quod inter se distant secundum magis et minus, puta duo et tria minus distant quam duo et quattuor aut quinque et deinceps, similiter duo et quattuor minus quam duo et | quinque et deinceps, secundum hoc dicuntur inaequalia secundum magis et minus in quantitatibus eiusdem speciei, quales sunt quoquo modo omnes numeri secundum superius exposita, sicut et dicuntur similia secundum magis et minus in qualitatibus eiusdem speciei. |

Simile etiam et dissimile non solum fundantur super res | existentes in praedicamento qualitatis, nec solum similia aut dissimilia dicuntur inter se aliqua existentia in praedicamento qualitatis aut subiecta secundum illa, sed etiam fundantur super res existentes in aliis praedicamentis, ut habent in se rationem qualitatis, sicut habent differentiae divisivae generum et constitutivae specierum. Dicuntur enim illa quorum sunt similia vel dissimilia secundum illa, licet non illa inter se. In hoc enim est differentia quoad idem et diversum in substantia, aequale et inaequale in quantitate, ad simile et dissimile in qualitate, quod idem et diversum non solum dicuntur aliqua secundum substantiam quae est aliquid illorum, sed etiam secundum se ipsae substantiae inter se dicuntur idem et diversum secundum se, et similiter aequale et inaequale non solum dicuntur | aliqua | secundum quantitatem quae est aliquid illorum, sed etiam ipsae quantitates inter se dicuntur aequale vel inaequale secundum se. Simile autem et dissimile nullae qualitates dicuntur inter se secundum se, sed solummodo secundum qualitates dicuntur similia aut dissimilia inter se, habentia illas in se. Et est speciale in dissimili, tam secundum

105

110

115

120

125

130

135

140

- 145 qualitatem | stricte quam secundum qualitatem communiter acceptam, quod secundum ipsam solummodo consequitur diversum secundum speciem specialissimam. Quaecumque enim qualitates sunt diversae genere, puta color et sapor, secundum illas non dicuntur aliqua dissimilia sicut nec similia; sapor enim colori aut saporabile colorato nec simile
- 150 nec dissimile dicitur. Similiter rationale et irrationale nec similia nec dissimilia dicuntur inter se, nec subiecta quae habent illa secundum illa similia aut dissimilia dicuntur, quia nec talia nec talia nata sunt dici secundum illa. Et commune est etiam simili cum aequali quod solummodo consequuntur idem specie et diversum numero. Quaecumque
- 155 enim habent easdem qualitates specie, differentes solo numero, sunt similia, puta duo alba aut duo rationalia. | Quod enim unus homo dicitur similis alteri substantialiter non est nisi secundum differentiam rationalitatis, non autem secundum genus animalitatis neque secundum totalitatem speciei specialissimae, cuius pars formalis est rationalitas. |
- 160 Similiter quod unus homo dicitur similis alteri accidentaliter non est nisi secundum | qualitatem accidentalem specificam, puta albedinem aut nigredinem, non autem secundum qualitatem communem genere, puta calorem aut saporem; sicut quod aliqua dicuntur aequalia sive mole sive perfectione, non est nisi secundum quantitates easdem specie,
- 165 differentes solum numero, quia in solis illis est vera conformitas quae vere concurrunt per unionem in unum, quae non est in eisdem genere differentibus specie specialissima, eo quod differunt formis quae sunt differentiae specificae, sub quibus etiam diversificatur ratio et natura generis. Propter quod «*latent aequivocationes in genere*», ut dicitur in VII^o
- 170 *Physicorum*, et non est pura univocatio nisi in specie ut dicitur ibidem. Est autem proprium dissimili, in quo differt ab inaequali quantitate molis aut virtutis sive perfectionis virtualis, quod dissimile non est aliquid alteri nisi secundum qualitates substantiales aut accidentales, differentes sola specie specialissima, puta secundum rationale et irrationale,
- 175 secundum album et nigrum. Non enim secundum qualitates eiusdem speciei specialissimae dicuntur nisi similia et secundum qualitates differentes genere, puta secundum albedinem et saporem aut secundum rationale et inanimatum, | neque similia dicuntur neque dissimilia. |
- Est autem aliquid alteri inaequale quantitate molis aut virtutis
- 180 nonnisi secundum quantitatem | eandem specie specialissima, puta linea est lineae inaequalis secundum alium et alium gradum longitudinis, | et album albo inaequaliter est album secundum gradum alium et alium albedinis. Quae vero sunt quantitative diversarum specierum, secundum illas neque dicuntur aequale neque inaequale. Non enim linea dicitur
- 185 aequalis vel inaequalis superficiei vel album nigro, quia in solis illis quae

Bad. 214^v

I' 350^a

Bad. 214^vx

Scarp. 1224b

K" 169thBad.
214^{vy}

B" 145^{vb}

Q 124^{va}

sunt eiusdem speciei est vera secundum gradum eundem conformitas
 quantitatum molis aut virtutis, et difformitas secundum gradus diversos,
 licet secundum quantitatem perfectionis essentialis inaequalitas conse-
 quitur in omnibus diversitatem; quaecumque enim sunt diversa specie
 aut genere, sunt inaequalia perfectione essentiali sicut dictum est. | 190

Sumendo autem substantiam, quantitatem et qualitatem stricte, sic
 non habent esse in divinis, sed solummodo ut large accipiuntur ad omne
 se habens modo substantiae, quantitatis et qualitatis in creaturis | exis-
 tentis. Deitas enim in divinis se habet modo substantiae quae nominat
 quid; persona autem se habet per modum substantiae quae nominat 195
 quem. Et respondetur deitas vel Deus ad interrogationem factam in
 divinis per quid; Pater aut Filius aut Spiritus Sanctus ad interrogationem
 factam per quis; et in divinis super hoc non fundatur nisi identitas.
 Bonitas aut sapientia et huiusmodi in divinis se habent modo qualitatis,
 et respondentur in divinis ad interrogationem factam per quale. Magni- 200
 tudo autem, | aeternitas, infinitas, | immensitas et huiusmodi in divinis
 se habent modo quantitatis; respondentur enim ad interrogationem
 factam per quantum. Et in divinis super huiusmodi qualitates et quanti-
 tates secundum quod considerantur secundum se, bene fundatur identi- 205
 tas, sicut in creaturis fundatur super res singulorum praedicamentorum
 ut secundum se considerantur et in ordine ad illa quae sunt sui generis.
 Secundum autem quod qualitas et quantitas huiusmodi considerantur in
 divinis in ordine ad id quod in | divinis dicit quid aut quis, cuius sunt
 sicut dispositiones, super qualitatem non fundatur nisi similitudo, et
 super quantitatem nonnisi aequalitas, etiam cum huiusmodi quantitas 210
 incidit in qualitatem, dicendo quod sapientia Dei aut bonitas est magna,
 aeterna sive infinita; sic enim bonitate aut sapientia personae dicuntur
 inter se aequales. |

Bad. 214^{vz}
 E' 138^{ra}
 Scarp. 1225a
 I' 350^{rb}
 Scarp. 1225b
 S' 256^{vb}

<AD ARGUMENTA>

Ex dictis patent argumenta ad utramque partem adducta, ex
 quibus etiam in magna parte patet qualiter uniformiter vel difformiter
 relationes communes habent fundari in dictis tribus, | de quo sermo
 habitus est in secunda quaestione praecedenti huius articuli. | 215

K'' 169^{va}
 Bad. 214^{va}
 Scarp. 1225a

<QUAESTIO 5

UTRUM SUPER PENITUS IDEM NUMERO POSSINT FUNDARI RELATIONES
 COMMUNES DIVERSORUM GENERUM RELATIONUM>

5 Circa quintum arguitur quod super idem penitus non habent
fundari relationes communes reales diversae. Primo sic: relationes reales
non sunt diversae nisi diversa realitate; diversam autem | realitatem B" 146^{ra}
contrahere non possunt ab eodem reali fundamento, quia non potest
trahi ab aliquo quod non est in illo, et in eodem penitus reali non sunt
realitates diversae, nec habent relationes realitatem aliquam nisi a funda-
10 mento, ut alias declaravimus; ergo super idem reale penitus fundari non
possunt. | Scarp. 1225b

Secundo sic: relationes diversae non sunt nisi aut ad invicem
oppositae aut disparatae; sed relationes communes reales oppositae
fundari non possunt super idem, quia relatio realis | communis secun- Bad. 215^{ra}
15 dum idem et diversum specie et genere, non est nisi in creaturis et
secundum aequale et inaequale, simile et dissimile, in quibus | relationes Q 124^{vb}
contrariae non fundantur nisi super re diversa; similiter nec relationes
communes disparatae fundari possunt super idem penitus, quia tales
non sunt nisi idem, aequale et simile inter se, atque eorum contraria
20 quae non distinguuntur realiter nisi secundum distinctionem praedica-
mentorum in quibus fundantur; ergo etc. | Scarp. 1226a

In contrarium est quod super idem reale fundantur in creaturis
simile et dissimile, quia idem album eadem albedine simile est alteri albo
et dissimile nigro; similiter idem homo eadem humanitate est alteri
25 homini idem, aequalis et similis; ergo etc. | Bad. 215^{rb}

<SOLUTIO>

Dico quod relationes communes reales diversae possunt imaginari
super idem fundari tripliciter: scilicet aut in comparatione ad unum et
idem correlativum, aut in comparatione illarum inter se, aut in compara-
30 tione illarum ad diversa. Primo modo est omnino impossibile, quia ad
unum non est relativum plus quam unum unica relatione, ut ad unum
filium non est relativus nisi unus pater et unica sola paternitate, licet
unum unica relatione possit referri ad plura, et illa e converso pluribus
relationibus ad unum, ut unus pater ad plures filios unica paternitate, et
35 plures filii pluribus filiationibus ad unum patrem. Secundum similiter est
impossibile in relationibus communibus realibus, licet sit possibile in
relationibus rationalibus, ut in identitate numerali in creaturis et in
omnibus relationibus communibus | in divinis, et etiam in relationibus I' 350^{va}
propriis in divinis, in quibus omnes relationes fundantur super idem et
40 absque | quocumque extraneo. Et similiter in creaturis in relationibus K" 169^{vb}
activorum et passivorum mediante aliquo extraneo, ut contingit circa

voluntatem in qua motivum et motum habent oppositas relationes inter se fundatas super idem, secundum quod declaravimus in quadam quaestione XVI Quolibet super hoc mota. Tertium autem est possibile, ut procedit ultima obiectio et bene. Sic enim duo est aequale duobus et maius uno et minus tribus, et ad illa tria tribus relationibus realibus diversis fundatis super idem et unum re absoluta refertur. |

Bad. 215^C

<AD ARGUMENTA>

Quod ergo arguitur primo contra hoc, quod «*relationes reales non sunt diversae nisi diversa realitate*», | dico quod hoc non est verum nisi de illis quae sunt fundatae in diversis secundum rem. Si enim sunt in eodem secundum rem fundatae, licet sint inter se oppositae, non oportet quod si sunt reales, quod sint diversae diversa realitate, ut secundum iam dicta contingit de omnibus realibus in divinis, et in movente et moto circa voluntatem in creaturis. De relationibus autem disparatis non inter se oppositis relative sed ad alia diversa, similiter non est verum ut in propositis. |

Bad. 215^D

Est ergo sciendum quod relatio primo ab alio habet quod sit relatio, et secundo ab alio quod una sit diversa ab alia, et tertio habet ab alio quod sit realis, et quarto habet | ab alio quod una sit diversa ab alia diversa realitate. Habet enim relatio quod sit realis a fundamento reali tantum, et a fundamento diverso reali habet quod sit diversa ab alia diversa realitate; et e contra ab unitate fundamenti realis habet quod sit cum alia realis una realitate. Habet autem quod sit relatio simpliciter, quia est ad aliud simpliciter ut ad | oppositum, quod est sibi proprium, ex ratione sui praedicamenti. Propter quod dicunt ALIQUI quod in hoc | consistit esse quidditativum relationis, licet non dicat nisi modum purum. |

Scarp. 1226b

Q 125^{ra}E 138^{rb}S 257^{ra}

Habet autem una relatio quod sit diversa ab alia, quia una est ad aliud quam sit alia. Intellego autem hoc de diversitate relationum secundum formam et speciem. Sic enim non sunt diversae nisi quia sunt ad diversa secundum formam et speciem, puta similitudo et dissimilitudo fundatae in una albedine non sunt diversae relationes secundum speciem, nisi quia sunt ad alia et alia secundum speciem, puta ad similitudinem fundatam in alio albo et ad dissimilitudinem fundatam in contrario nigro.

Loquendo autem de diversitate relationum secundum numerum, hanc non habent relationes diversae nisi quia sunt in diversis, puta diversae filiationes in diversis filiis, quae sunt ad eandem paternitatem in | eodem patre. Et de tali diversitate relationum, scilicet secundum

K 170^{ra}

numerum, bene verum est quod non sunt relationes reales diversae inter se nisi diversa realitate, quia ab eisdem, scilicet a fundamentis diversis, habent quod sunt reales et quod sunt diversae. Unde relationes reales diversae secundum numerum solum nequaquam possunt fundari in uno
 85 absoluto secundum rem. Unde et in divinis diversae paternitates aut filiationes esse non possunt quia in eodem numero fundarentur, et solo numero differrent. Propter quod et filiatio quae est in homine et in asino, quia non fundantur in differentibus solo numero, necessario differunt specie. |

Bad. 215^{rE}

90 Quod assumitur ulterius in argumento, quod «*relatio diversam | realitatem contrahere | non potest ab eodem reali fundamento*» etc., dico quod bene verum est loquendo de eodem fundamento proximo. Unde similitudo et dissimilitudo fundatae in eadem albedine respectu diversorum sunt diversae relationes reales sive secundum rem, diversae dico specie,
 95 sed tamen unica realitate secundum numerum. Non autem est verum loquendo de eodem fundamento remoto. Unde paternitas et filiatio in divinis realitate diversa sunt diversae relationes, pro quanto paternitas fundatur in substantia deitatis ratione illa qua ipsa est vis sive potentia |
 activa, filiatio vero fundatur in eadem substantia ratione illa qua est vis
 100 sive potentia | passiva. Et similiter in voluntate relatio motivi et moti sunt diversa realitate diversae, pro quanto illa fundatur in voluntate ratione potentiae activae, ista vero ratione potentiae passivae. Et secundum hoc diximus supra quod distinctio praedicamenti relationis intra se secundum genus, speciem et numerum non est nisi penes realitates
 105 diversas quas contrahunt relationes a suis fundamentis, quia cum potentia activa et passiva penitus in eadem re simplici absoluta non differunt neque diversae sunt, propter illorum igitur diversitatem non possunt proprie dici relationes fundatae in eodem diversae diversa realitate, neque etiam quaecumque aliae relationes fundatae in eodem simplici
 110 secundum rem. Et sic relationes illae comparatae ad fundamentum inter se non differunt nisi ratione tantum, licet comparatae ad obiecta sint diversae et reales, non rationales, sed non reales nisi unica realitate, sic quod non intelligantur esse diversae res. Relationes enim non sunt res nisi realitate quam a suis fundamentis extrahunt. Et sicut in creaturis
 115 diversae relationes fundatae super idem nequaquam sunt diversae res | eo modo quo res dici possunt, nisi diversas realitates a diversis | fundamentis secundum rem contrahant, ex hoc scilicet quod super illa diversa fundantur, sic in divinis relationes, quantumcumque sint diversae et reales, non rationales, nequaquam tamen proprie possunt dici res diversae seu diversae secundum rem, licet sint diversae et reales, ut ideo in
 120 divinis non sit ponenda nisi una res essentiae seu existentiae, a qua tres

I' 350^{vb}B" 146^{va}

Scarp. 1227a

Bad. 215^{vE}Q 125^{rb}K" 170^{rb}

relationes illae dicuntur reales, unica tamen realitate, et tres res subsistentiae secundum tres personas, quae non omnino dicuntur proprie et simpliciter tres res, sed solummodo cum determinatione dicuntur tres res relativae. | 125

Bad. 215^{vf} Ad secundum, cum dicitur quod «*relationes diversae non sunt nisi aut oppositae inter se aut disparatae*», hoc bene verum est.

Scarp. 1227b Quod autem assumitur quod relationes | communes | oppositae non possunt fundari super idem nec etiam disparatae, dico quod verum est solummodo de disparatis differentibus numero, ut contingit quando 130 duo alba per similitudinem comparantur ad tertium.

B" 146^{vb} De differentibus autem specie distinguendum, quia aut differunt solummodo quia sunt ad diversa, et super talia bene fundantur idem, ut iam dictum est de similitudine et dissimilitudine; aut differunt simul, sed quia ad diversa sunt et quia a diversis causantur. Et illae non fundantur 135 super idem re sed differunt re, ut contingit de similitudinibus duabus quarum una est inter duo alba et alia inter duo nigra, neque super idem | ratione in quantum differunt ratione, ut contingit in identitate, aequalitate et similitudine, quae numquam fundantur super idem re, cum differant tamen re; nec super idem ratione, cum differant ratione. Unde 140 super substantiam stricte acceptam non fundatur nisi idem, et super quantitatem stricte acceptam non fundatur nisi aequale, et super qualitatem stricte acceptam non fundatur nisi simile, ut habitum est supra. Sumendo tamen large substantiam, quantitatem et qualitatem, seu sumendo stricte substantiam et large quantitatem et qualitatem, bene 145 fundantur super idem dictae tres relationes communes. Duae enim quantitates aut duae qualitates eiusdem speciei sunt idem ratione speciei, et aequales ratione gradus in specie, et similes ratione differentiae constitutivae speciei. Similiter duae substantiae, puta duo homines eiusdem speciei, sunt idem ratione totalitatis speciei, et aequales ratione gradus in 150 specie, et similes ratione differentiae constitutivae speciei, ut procedit obiectio. |

I' 351^{ra}
S' 257^{rb} K" 170^{va}
Scarp. 1228

ARTICULUS LXVII

DE HABITUDINIBUS RELATIONUM COMMUNIORUM IN COMPARATIONE AD SUBIECTA RELATA PER ILLAS

Sequitur de habitudinibus relationum communiorum in comparatione ad subiecta relata per illas. Ubi quaeruntur | quattuor, duo de ipsis relatis, et duo de ipsorum relationibus. Quorum primum est utrum relata relatione communi sint semper alia et alia. Secundo: utrum uniformiter sint alia et alia in singulis rebus et in singulis relationum generibus. Tertio: utrum in qualibet habitudine relationum communiorum relationes extremae sint aliae ab invicem. Quarto: utrum uniformiter sint alia ab invicem in singulis rebus et in singulis relationum communiorum generibus. |

E' 138^{va}B" 147^{ra}
Bad. 215^{vg}
Scarp. 1229a

<QUAESTIO 1

UTRUM RELATA RELATIONE COMMUNI SINT SEMPER ALIA ET ALIA>

Circa primum arguitur quod non oportet quod relata relatione communi sint alia et alia inter se. Primo sic. Relationes communes, secundum superius determinata, causantur in relatis ab uno et multo, puta idem, aequale et simile ab uno, et contraria illorum a multo. Multum autem causatur ab uno, quare et omnis relatio communis originaliter causatur ab uno, quia «*quidquid est causa causae est causa | causati.*» Sed unum non requirit ea in quibus est, cuiusmodi sunt ipsa relata relatione communi esse alia ab invicem, quare nec relationes ab uno causatae requirunt relata per illas esse alia ab invicem.

Q 125^{va}

Secundo sic. Si in omni relatione communi relata essent alia inter se ab invicem, tunc nihil omnino referretur relatione communi | ad se ipsum, quia ipsum et aliud ex opposito distinguuntur; consequens falsum est; ergo etc.

Bad. 216^{rg}

In contrarium est quod in omni relatione sunt relatum et id ad quod relatum est, quod similiter est vice versa: est relatum ad id quod ipsum relatum est. Quod autem refertur et id ad quod refertur necessario sunt aliud et aliud, iuxta definitionem relativorum quae dicit quod relativorum esse est ad aliud se habere; ergo etc. |

Bad. 216^{rh}

<SOLUTIO>

Dico quod, prout procedit ultima ratio et ut amplius est explicatum supra in prima quaestione de relationibus communibus in comparatione ad sua principia causativa, in omni relatione, communi et propria, necessario relata sunt alia et alia; sed hoc vel secundum rem vel secundum rationem, quia quae neutro modo sunt alia inter se, nequaquam sunt relata inter se aut plura omnino. Si enim aliquid sit relatum, oportet quod ad aliquid sit relatum et quod sit relatio qua refertur. Si autem quod est, tantum unum omnino est, | et praeter ipsum non sit aliud re aut ratione, non est | omnino ad quod refertur, quia saltem alia est re relati et eius ad quod refertur. | Et si non est id ad quod refertur, et ipsum non est relatum, sicut si non sit, nec natum sit esse aliquid pretiabile, nec nummus est aut natus est esse pretium, et si non est relatum nec est relatio, quia non est relatio nisi referat. |

I' 331^{rb}

Scarp. 1229b

K" 170^{vb}Bad. 216^{rl}

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «omnis *relatio communis* causatur ab uno quod non requirit alia esse ab invicem ea in quibus est, cuiusmodi sunt ipsa relata», dico, secundum quod tactum est in quaestione praedicta, hoc verum esse de uno semel accepto et existente singulari seu hoc aliquid. Sed ab uno tali sic accepto, nulla causatur relatio communis omnino. Non est autem verum de uno pluries accepto et replicato quod est unum commune ad plura una singularia contenta sub illo uno communi. | Dico autem plura vel secundum rem vel secundum rationem, prout iam inferius amplius declarabitur. Et de tali uno solummodo verum est quod ad ipsum sequuntur relationes communes, ut idem, aequale et simile immediate; diversum, inaequale et dissimile mediante multo, secundum superius determinata, | in quantum scilicet multum procedit ab uno singulari replicato, ut procedit obiectio. Et quia tale unum, postquam replicatum est, necessario habet esse in multis eo quod est universale et commune, quod non habet esse in se sed solummodo in singularibus contentis sub illo, et ideo necessario relatio communis requirit relata per illam esse plura et alia ab invicem.

B" 147^{rb}S' 257^{va}Q 125^{vb}Bad. 216^{rk}

Scarp. 1230a

Ad secundum «*si relata relatione communi essent alia ab invicem, tunc nihil omnino referretur ad se ipsum*» etc., dico quod verum est si essent solummodo alia ab invicem secundum rem, quod non est verum postquam relationi communi sufficit alietas relatorum secundum rationem. Potest enim aliquid a se ipso distingui secundum rationem et bis accipi, et per hoc referri ad se ipsum semel acceptum ut relatum, et semel ut ad quod refertur. |

<QUAESTIO 2

UTRUM RELATA UNIFORMITER SINT ALIA ET ALIA IN SINGULIS REBUS ET
IN SINGULIS RELATIONUM GENERIBUS>

Circa secundum arguitur quod relata uniformiter sunt ab invicem
5 alia in singulis rebus et generibus relationum communium. Primo sic.
Relata non requiruntur esse alia et alia in relatione communi nisi ratione
unius super quod fundantur, quod requirit plurificari in relatis, ut iam
tactum est in dissolutione primi argumenti quaestionis praecedentis. Sed
unum uniformiter plurificatur in singulis rebus, secundum singula
10 genera relationum communium, quia ubique plurificatur sicut commune
in singularia; ergo etc.

Secundo sic. Relata relatione communi in singulis rebus et relatio-
nibus communibus non differunt nisi aut secundum rem, aut secundum
rationem. Sic autem inveniuntur differe in singulis rebus et generibus
15 relationum communium, quia in Deo in quolibet genere relationis
communis aliquando differunt secundum rem, puta quando personae
referuntur inter se secundum identitatem, aequalitatem aut similitudi-
nem; similiter et in creaturis, | puta quando Petrus dicitur idem Paulo
aequalis aut similis. Aliquando autem differunt secundum rationem
20 tantum, puta secundum relationem identitatis quando in divinis una
persona aut aliquid eorum, quae sunt in divinis sive fuerit substantia sive
relatio, dicitur eadem aut idem sibi; et in creaturis unum individuum vel
aliquid eorum quae sunt in illo, dicitur idem sibi. Similiter secundum
relationem aequalitatis | et similitudinis, | quando unum suppositum, |
25 sive in divinis sive in creaturis, dicitur aequale aut simile sibi. Quod enim
aliquid possit dici aequale aut simile sibi sicut et idem, arguitur ex hoc
quod sicut suppositum quodlibet Dei aut creaturae habet in se rationem
substantiae in quantum est natura | et quidditas aliqua in qua nata est
30 fundari identitas, et propter hoc dicitur idem sibi, sic habet in se ratio-
nem quantitatis in quantum est immensum vel determinatum secundum
gradum molis aut perfectionis in qua nata est fundari aequalitas, propter
quod consimiliter debet dici aequale sibi. Habet etiam in se rationem
qualitatis in quantum habet in se aliquid quo formaliter existit id quod
est in rerum natura in qua nata est fundari similitudo, propter quod
35 debet dici simile sibi. Unde et BOETHIUS, libro De Trinitate
loquens de Deo, dicit sic: «*illi nihil est simile praeter se ipsum;*» ergo etc. |

Tertio ad principale sic. DAMASCENUS dicit, libro I^o cap.^o 11^o:
«*Hypostaseon unumquodque se habet ad alterum non minus quam ad se ipsum,*»

K" 171^{1a}E' 138^{vb}
Scarp. 1230b
I' 351^{1a}B" 147^{1a}Bad. 216^{vk}

quare neque magis. Quod patet ex causa dicti sui quam continuo
adiungit subdens: «*hoc est quoniam secundum omnia sunt unum Pater et Filius et* 40
Spiritus Sanctus praeter ingenerationem, et generationem et processionem». Sicut
autem propter unum quod sunt hypostaseon unumquodque se habet ad
alterum non minus quam ad se ipsum, sic nec magis. Quia sicut unum
aliquid quod sunt, non est minus in uno illorum quam in altero, sic nec
magis sunt tres hypostases communiter unum quam unumquodque 45
illorum per se. Quare, cum quaelibet divinarum personarum ad alterum
uniformiter se habet secundum identitatem, aequalitatem et similitudi-
nem, quia | quaelibet divinarum personarum uniformiter alteri est
eadem, aequalis et similis, ergo et secundum easdem relationes ad se
ipsam se habet uniformiter, ut uniformiter dicatur idem, aequalis et 50
similis sibi. Sed secundum relationes dictas non se habet nisi ad alium
vel ad se, ergo relata omnino uniformiter se habent ad minus in divinis
in dictis relationibus.

Q 126^{ra} In | contrarium est quod in divinis relata non plus differunt
realiter quam re relationis, quae in creaturis differunt re simpliciter et 55
absolute. Et in relationibus aequalitatis et similitudinis et identitatis,
numquam differunt relata ratione tantum, quia non est relatio aequalita-
tis aut similitudinis eiusdem ad se ipsum. Secundum MAGISTRUM enim
K^m 171^{rb} Sententiarum, distinctione 31^a, | «*nihil est simile sibi aut aequale sibi*
S^r 257^{vb} ipsi». Similitudo | enim, ut ait HILARIUS libro III De Trinitate 60
parum ante finem: «*sibi ipsi non est*». In hoc autem est magna difformitas
in diversis rebus et in diversis relationum generibus; ergo etc. |

Bad. 216^{vl}

<SOLUTIO>

Dico quod in singulis rebus, et divinis scilicet et creatis, relata
uniformiter sunt alia ab invicem in hoc quod et in istis et in illis est 65
reperire relata diversa re et diversa ratione, praeter hoc quod aliter est
realis differentia relatorum in divinis et in creaturis, quoad hoc scilicet
quod in divinis non est differentia relatorum nisi re relationis, in creatu-
ris autem est re | absoluta, ut tangitur in ultimo obiecto, in quo diffor-
mitas est. Quoad diversitatem vero secundum rationem omnino est 70
uniformitas in divinis et in creaturis, et in relatione identitatis, non
autem in relatione aequalitatis aut similitudinis. Aliquid enim sibi ipsi est
idem, puta in divinis deitas deitati, paternitas paternitati, Pater sibi, Filius
B^m 147^{vb} sibi, Spiritus Sanctus sibi; et in creaturis materia sibi, et | forma sibi, et
I^r 351^{vb} compositum quodcumque sibi. Nihil tamen, tam in divinis quam in 75
creaturis, est sibi ipsi aequale aut simile. Et in hoc est magna difformitas
relatorum secundum rationem in diversis generibus relationum, ut

ostendit ultima ratio in hoc videlicet, quod in relatione identitatis relata
 quandoque differunt secundum rationem tantum, quandoque autem
 80 secundum rem. In relatione vero aequalitatis et similitudinis semper
 differunt secundum rem tantum, licet aliter in divinis et aliter in creaturis
 sumatur ista realis differentia relatorum, sicut dictum est. In identitate
 autem relata differunt secundum rem, ut quando in divinis persona
 dicitur eadem personae sicut Pater Filio, et quando in creaturis supposi-
 85 tum dicitur idem supposito genere aut specie. Identitate autem numerali
 in creaturis numquam relata | differunt plusquam secundum rationem. Scarp. 1231b
 Nec in divinis autem nec in creaturis dicitur quidquam aequale aut simile
 sibi, cuius ratio est, prout tactum est supra in secunda quaestione articuli
 praecedentis, ex parte identitatis quod relatio identitatis fundatur in
 90 substantia, immo secundum praedicta in quacumque re secundum quod
 habet rationem substantiae. | Bad. 216^{vm}

Secundum rationem autem substantiae res potest habere duplicem
 considerationem. Unam scilicet secundum quod est aliquod ens in se et
 secundum se, et sic super substantiam fundatur identitas qua unum-
 95 quodque secundum quod consideratur secundum se et secundum id
 quod est et ut existens una sive genere [una] sive specie sive numero,
 dicitur idem sibi secundum totum quod est. Et sunt in hac relatione
 idem secundum rem relatum et ad quod est relatio et ipsum fundamen-
 tum relationis; diversa autem secundum rationem tantum. Aliam vero
 100 considerationem habet res etiam secundum rationem substantiae
 considerata, ut scilicet est aliquid existens in supposito seu suppositi, | K" 171^{va}
 et sic supra ipsam fundatur identitas qua habentes sive habentia in se unam
 substantiam dicuntur eadem sibi. Et hoc in creaturis, sive habeant in se
 substantiam tantum genere unam, secundum quod homo et asinus | Q 126^{rb}
 105 dicuntur idem animal sive in animali, sive tantum specie unam secun-
 dum quod Petrus et Paulus dicuntur idem homo vel idem in homine, in
 quantum secundum PORPHYRIUM: «*participatione speciei plures homines sunt*
unus | homo», et eadem ratione participatione generis plura animalia sunt
 idem animal. Et | dicuntur supposita sub eodem genere aut specie inter
 110 se idem identitate fundata super essentiam generis et speciei, ut est
 aliquid existens in suppositis et habitum ab illis, et ut ipsum suppositum,
 habens in se illud, est totum quoddam compositum ex essentia generis
 aut speciei et ratione suppositi, de qua compositione in creaturis habi-
 tum est longe superius.

115 In divinis autem, secundum hunc modum considerationis sub-
 stantiae super substantiam deitatis quae tantum unica et singularis est,
 fundatur identitas qua divinae personae habentes illam in se ut aliquid
 sui, dicuntur eadem sibi. Et est quaelibet divinarum personarum quasi

E' 139^{ra}B" 148^{ra}

Bad. 217 ^m	totum respectu divinae substantiae quam in se continet, eo quod cum illa substantia continet in se proprietatem relativam, licet absque ulla compositione, ut supra similiter expositum est. Et sic in ista relatione	120
I' 352 ^{ra}	relata semper differunt secundum rem inter se, licet aliter in divinis et aliter in creaturis, sicut dictum est; et ipsum fundamentum se habet ad ipsa relata ut pars vel quasi pars ad totum.	
Scarp. 1232a	Et sic secundum primum modum identitatis nihil refertur ad alterum re, sed solum idem ad se ipsum. Penes autem secundum, nihil	125
S' 258 ^{ra}	refertur ad se ipsum sed solummodo ad alterum re. Ex parte autem aequalitatis et similitudinis: quod relata semper differunt secundum rem, et nihil refertur aequalitate aut similitudine ad se ipsum, aut in divinis aut in creaturis, ratio <huius> est quia relatio aequalitatis et similitudinis fundatur in quantitate et qualitate; immo secundum praedicta in quacumque re secundum quod habet rationem quantitatis aut qualitatis, non autem secundum quod habet rationem substantiae. Secundum rationem autem quantitatis aut qualitatis non habet res quaecumque aliam considerationem quam qua consideratur ut est aliquid existens in alio ut in supposito et ut est aliquid illius. In quantum enim secundum se considerantur, et ut est aliquid in suo genere, non habent nisi rationem substantiae ut dictum est. Et sic super quantitatem et qualitatem non fundantur relationes aequalitatis et similitudinis nisi ut quantitas et qualitas sunt	130
K'' 171 ^{vb}	aliquid alicuius, et etiam nonnisi ut illae relationes quibus habentes in se quantitatem aut qualitatem illam aequales dicuntur esse aut similes inter se. Eo enim quod est aliquid alicuius, non refertur id cuius est ad se sed ad aliud tantum, puta si substantia ut fundamento refertur aliquid ad se ipsum et ad aliud, hoc tamen non est nisi secundum rationem substantiae ut ipsa est aliquid alicuius, et id cuius est non refertur illa ut fundamento secundum identitatem nisi ad aliud. Si enim substantia aliqua refertur secundum substantiam, sive substantia ut fundamento	140
B'' 148 ^{rb}	refertur identitate ad se ipsum, hoc quod refertur est substantia quae est aliquid secundum se, et ratione totalitatis, sicut patet ex iam dictis. Unde si quantitate aut qualitate ut fundamento aliquid dicatur ad se et etiam ad aliud aequale aut simile, oportet quod hoc sit secundum aliam et aliam rationem sive considerationem quantitatis aut qualitatis: ut scilicet prout est aliquid alicuius, secundum ipsam dicatur aequale aut simile alteri; ut non est aliquid secundum se, dicatur secundum ipsam aliquid aequale aut simile sibi.	145
Q 126 ^{va}		150
	Quare, cum quantitas aut qualitas secundum quod quantitas aut qualitas non habeat huiusmodi duplicem considerationem sicut habet substantia, sed illam qua est aliquid alicuius tantum, non autem illam qua est aliquid secundum se, quia in ista consideratione habet rationem	155

- 160 substantiae non quantitatis aut qualitatis, sicut patet ex dictis, licet ergo
secundum substantiam aliquid dicatur idem sibi et alteri, quia substantia
habet duplicem considerationem, secundum quantitatem et qualitatem
tamen nihil dicitur aequale aut | simile sibi, quia quantitas rationem
quantitatis non habet secundum quam aliquid dicitur aequale, neque
165 qualitas rationem qualitatis secundum quam aliquid dicitur simile, nisi
secundum considerationem eius unicam, qua scilicet est aliquid alicuius,
secundum quam solummodo aliquid dicitur aequale aut simile alteri,
nihil autem sibi. |
- Sic ergo patet quod duplex est modus identitatis tam in divinis
170 quam in creaturis. Quorum primus est quo aliquid refertur ad se ipsum
tantum, in quo relata differunt secundum rationem tantum; et hoc ideo
quia in isto modo relata | referuntur secundum substantiam quae secun-
dum totum est ipsa relata et re eadem ipsis. Secundum substantiam
autem quae secundum totum est ipsa relata, nihil potest referri ad
175 aliquid diversum aut distinctum ab illo, quia relata debent illam commu-
nicare secundum totum, et secundum totum nihil communicatur a
diverso aut distincto a se. Si ergo secundum substantiam quae est ipsum
secundum totum, aliquid referretur ad aliquid aliud vel distinctum ab
illo, ipsum secundum totum esset communicatum illi et secundum
180 totum esset illud; et sic non posset esse aliud aut distinctum ab illo.
Qualis modus non potest esse in aequalitate aut similitudine, quia quan-
titas aut | qualitas, ut rationem totalitatis habet, non habet rationem
substantiae, quod tactum est ante solutionem in argumento in prima
quaestione articuli praecedentis, et similiter in fine quaestionis praece-
185 dentis illam. |
- Secundus autem modus identitatis est quo aliquid refertur ad aliud
sive distinctum ad distinctum, sicut et universaliter refertur in relatione
aequalitatis et similitudinis, in quibus relata semper differunt re secun-
dum praedicta. | Et hoc ideo quia in isto modo identitatis relata referun-
190 tur, non secundum substantiam quae secundum totum est ipsa relata et
eadem omnino re cum ipsis, sed potius secundum substantiam quae est
aliquid ipsorum, sicut relatione aequalitatis et similitudinis referuntur
relata secundum quantitatem et qualitatem quae est aliquid ipsorum.
- In divinis autem substantia, quantitas et qualitas habita ab una
195 persona ut aliquid existens in illa, consimiliter est habita a qualibet alia.
Et sic divinae personae secundum substantiam unam singularem re-
feruntur inter se identitate, et secundum quantitatem unam singularem
referuntur inter se aequalitate, | et secundum qualitatem unam singula-
rem referuntur inter se similitudine. Sed in creaturis personae diversae
200 sive diversa supposita numquam referuntur inter se identitate, | aequali-

Scarp. 1232b

Bad. 217^N

I' 352^h

K" 172^{ra}

Bad. 217^O

B" 148^{va}

E' 139^b

S' 258^b
Scarp. 1233a

Bad. 217 ^o	tate aut similitudine secundum unam substantiam, quantitatem aut qualitatem singularem, sed solummodo secundum plures; et hoc ideo quia in diversis suppositis creaturarum impossibile est esse unum aliquid singulare. Propter quod, licet in divinis diversarum personarum identitas fundetur super unum singularitate et similiter aequalitas et similitudo, in	205
Q 126 ^{vb}	super unum specie aut genere, neque aequalitas aut similitudo nisi super unum specie, secundum quod haec patent clarius ex supra determinatis.	
Bad. 217 ^p	Ex praedictis patet ratio quare secundum identitatem aliquid dicitur ad se ipsum, non autem secundum aequalitatem aut similitudi- nem, quia scilicet ad se ipsum nihil dicitur nisi se ipso, ut sint totaliter et quod refertur et secundum quod refertur, idipsum secundum rem. Secundum se ipsum autem unumquodque consideratum tantummodo rationem substantiae habet. Propter quod talis relatio non est nisi secun- dum substantiam et sic identitatis solius. Quantitas enim et qualitas in quantum huiusmodi, hoc est secundum rationem quantitatis aut qualita- tis, quia semper se habent ut aliquid alicuius, non autem ut aliquod totum. Propter quod secundum quantitatem et qualitatem nihil ad se ipsum referri potest, sed solummodo ad aliud: aut distinctum a se in quo est eadem quantitas aut qualitas, vel secundum numerum ut in divinis, vel secundum speciem ut in creaturis. Et sic sicut relatum secundum substantiam totalem quae est ipsum relatum, non potest referri nisi ad se ipsum, sic relatum secundum quantitatem aut qualitatem aut etiam secundum substantiam, quae est aliquid eius quod refertur, non potest referri nisi ad aliud aut ad distinctum ab ipso. Sicut enim aliquid si secundum substantiam totalem referretur ad aliud vel distinctum, necesse esset quod illi substantia illa totalis communicaretur et esset idem totale plurificatum, ut si pater secundum totum quod est pater referretur ad filium, necesse esset quod filius esset pater quod est impos- sibile; sic si secundum quantitatem aut qualitatem aut substantiam quae est aliquid eius referretur ad se ipsum, necesse esset quod in illo sub- stantia illa aut quantitas aut qualitas plurificaretur, et esset in eodem duplex qualitas aut quantitas aut substantia eiusdem naturae, quod similiter est impossibile. Aequalitas enim et similitudo non est nisi per conformitatem quantitatum et qualitatum existentium in relatis. Quae conformitas necessario requirit pluralitatem: aut ex parte relatorum tantum ut quando est conformitas in eodem singulari secundum quod fit relatio, sicut contingit de aequalitate et similitudine personarum in divinis; aut ex parte utriusque, scilicet et relatorum et eius in quo est conformitas et secundum quod fit relatio, ut quando est conformitas in	210 215 220 225 230 235 240
K ^o 172 ^{rb}		
I ^o 352 ^{va}		
B ^o 148 ^{vb}		
Scarp. 1233b		

eadem specie, sicut contingit de aequalitate et similitudine in creaturis;
aut etiam in eodem genere sicut contingit de identitate in genere diver-
sorum specie. Medium autem est impossibile, scilicet quod sit conformi-
tas ex pluralitate ex parte illius quo est conformitas tantum, quia esset
245 illius plurificatio in eodem quod est impossibile sicut dictum est. Ex
quibus patet quod magna contingit difformitas in relationibus communi-
bus, et in divinis et in creaturis aspiciendo ad ipsa relata. |

Bad. 217^Q

Secundum dicta igitur concedenda est ultima ratio praeposita,
250 probans quod relata non sunt uniformiter diversa nec in rebus diversis
nec in diversis generibus relationis communis. |

Bad. 217^R

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in contrarium quod «in omnibus et in quolibet genere
relationis communis *relata* sunt uniformiter *alia et alia*, quia *non requiruntur*
255 *esse alia et alia nisi ratione unius* quod oportet *plurificari* in illis», dico quod
hoc verum est. Sed quod assumitur quod «*unum uniformiter plurificatur in*
singulis rebus et singulis generibus relationis communis, quia *plurificatur*
sicut commune in singularia», dico quod revera plurificatur sicut commune |
in singularia, sed illa singularia non sumuntur uno et eodem modo in
260 singulis. Quia in divinis et in identitate et in aequalitate et in similitudine,
et in creaturis in identitate numerali, non sumuntur illa singularia sub
uno simpliciter nisi secundum rationem tantum; puta substantia qua
Pater est idem Filio, plurificatur in illis secundum rationem tantum, in
quantum alia est ratio divinitatis ut est in Patre, alia | ut est in Filio, sive
265 in quantum secundum aliam rationem habet esse in Patre et secundum
aliam in Filio. Similiter et de quantitate qua est Pater aequalis Filio et
qualitate qua est similis Filio. Et similiter de substantia totali qua quod-
cumque ens est idem sibi. In creaturis autem in identitate specie et
genere et in aequalitate et similitudine, singularia illa sumuntur sub uno
270 communi secundum rem differentia, | in quantum alia humanitas re est
in Petro alia in Paulo, quibus dicuntur idem inter se specie. Similiter alia
quantitas et alia qualitas, quibus dicuntur aequales et similes. |

Q 127^{ra}K" 172^{va}B" 149^{ra}S' 258^{va}Bad. 217^{VS}

Scarp. 1234a

Ad secundum quod «*in singulis rebus | et in singulis generibus relationum*
communium relata aliquando differunt re aliquando ratione tantum», dico quod
275 verum est de singulis rebus, quia et in creaturis et in divinis relata
quandoque differunt re, quandoque ratione tantum, ut procedit obiectio
| et bene. Non autem verum est de singulis generibus relationum
communium. Non enim verum est in aequalitate et similitudine, sive
enim in divinis sive in creaturis, semper relata secundum aequalitatem et

I' 352^{vb}

	similitudinem diversa sunt aut distincta re, secundum modum praeexpos-	280
Bad. 217 ^{VT}	situm.	
Bad. 218 ^{VT}	Quod arguitur contra hoc per rationem probantem quod « <i>aliquid</i>	
	<i>potest dici aequale aut simile sibi sicut idem</i> , quia sicut quodlibet suppositum	
	habet in se substantiam qua dicitur idem sibi, sic habet in se quantitatem	285
	qua potest dici aequale sibi, et qualitatem qua potest dici simile sibi»,	
E ¹ 139 ^{va}	dico quod neque secundum substantiam quam habet suppositum in se	
	ut aliquid sui, dicitur idem sibi; sicut neque secundum quantitatem aut	
	qualitatem quam habet in se ut aliquid sui, dicitur aliquid aequale aut	
	simile sibi. Immo si secundum talem substantiam diceretur idem sibi, et	290
	similiter secundum quantitatem et qualitatem posset dici aequale et	
	simile sibi, secundum quod procedit argumentum et bene. Sed quod	
	secundum substantiam aliquid dicitur idem sibi, hoc secundum iam dicta	
	non est secundum substantiam quae est aliquid sui, sed secundum	
	totalitatem substantiae quae est ipsum. Nunc autem quantitas et qualitas	295
	non considerantur secundum aliquam rationem totalitatis qua sunt	
	aliquid secundum se, nisi considerentur secundum rationem substantiae;	
	quia secundum rationem quantitatis et qualitatis non considerantur nisi	
	secundum quod sunt aliquid alicuius, illud scilicet mensurans aut affi-	
	ciens aut si quo alio modo disponens. Propter quod, licet secundum	
	substantiam possit accipi unus modus identitatis quo aliquid refertur ad	300
	se ipsum, nequaquam tamen secundum quantitatem aut qualitatem,	
Bad. 218 ^V	secundum quod haec omnia patent ex praedictis.	
	Quod vero arguitur ad idem ex dicto BOETHII, qui loquens de	
	Deo dicit sic: « <i>illi nihil simile est praeter se ipsum</i> », dico quod est emphatica	
	locutio, qua ex uno dicto non intento datur intelligi aliud intentum.	305
K ¹¹ 172 ^{vb}	Unde COMMENTATOR exponens illud verbum dicit sic: « <i>illi primo</i>	
	<i>bono nihil est simile</i> substantiali similitudine <i>praeter se ipsum</i> . Quod non	
Q 127 ^{tb}	ideo addit quod velit intelligi ipsum primum bonum sibi aliqua ratione	
	simile esse. In nullo enim rerum genere aliquid sibi simile dicitur, omne	
	namque simile alii a se simile dicitur; nec inde diversa solum sunt quae	310
	sunt similia, sed etiam secundum quae sunt similia». Sed hic est usus	
B ¹¹ 149 ^{tb}	loquendi ut dicamus 'summo bono nihil esse simile praeter ipsum',	
Scarp. 1234b	volentes intelligi nihil omnino sibi simile esse; velut si absente domino	
	domus dicat quis 'non est hic dominus intus praeter me'. Qui enim hoc	
	dicit non vult intelligi se dominum esse domus sed tantummodo eum	315
	qui dominus est abesse. Sic et iste dicens: nihil simile est primo bono	
	praeter se ipsum, non vult intelligi quod ipsum sibi simile sit, sed quod	
	illi similitudine substantiali nihil possit conferri, sed potius si quid illi	
	forte substantialiter simile videtur, sic non essentiae proprietate quod	
	ipsum est, sed quod ei conformitate diversae essentiae comparetur. Et	320

propterea non est vere simile, dicente HILARIO libro III De Trinitate: «*Deo simile esse aliquid quod ex ipso non fuerit non potest*». |

Bad. 218^x

Quare, cum secundum superius determinata quod in divinis est ex alio quodammodo est id ex quo est, Pater enim generando Filium
325 quodammodo se ipsum genuit, | ex hoc facilius et clarius potest exponi illud dictum BOETHII, dicendo quod Deo nihil est simile praeter se ipsum, hoc est praeter illum qui est ex ipso vel ex quo est ipse, cum quo est id ipsum. Et hoc modo creatura maxime quae ad imaginem Dei
330 creata, similis Deo dicitur quadam imitatione secundum intrinsecam naturae, non perfectione naturae nec secundum aliquid extrinsecum. Perfectione enim naturae solummodo divinae personae sibi similes sunt, et hoc similitudine substantiali. Imitatione naturae et secundum intrinsecam naturae similis est Deo creatura facta ad imaginem, quae etiam secundum extrinsecam similis Deo est in quantum ei conformatur secundum
335 actum voluntatis et intellectus. Hanc enim triplicem similitudinem ad Deum distinguit COMMENTATOR super nonam regulam De Hebdomadibus, ubi dicit BOETHIUS: «*omnis diversitas discors, similitudo vero appetenda est*». Sic enim ait COMMENTATOR: «*est quaedam alterutrius numero diversorum unio, quam conformitatis ratio facit*». Haec unio 'similitudo' vocatur et
340 est vel secundum naturam, vel secundum extrinsecam. Secundum naturam vero dupliciter: aut enim est secundum propositae naturae plenitudinem | -- et dicitur 'substantialis similitudo' qualiter album albo simile est et homo homini -- aut secundum propositae naturae partes aliquas, -- et vocatur 'imaginaria similitudo', qualiter humana pictura homini dicitur similis. Illa vero quae est secundum extrinsecam,
345 dicitur 'immitatio', qualiter artifex | alii artifici vel homo Deo iuxta voluntatem eius aliquid faciendo dicitur similis». De hac similitudine ad Deum aut de illa quae est per imitationem, non est hic sermo, quia non pertinet ad relationem communem. Licet enim creatura dicitur similis Deo, non tamen e converso Deus dicitur similis creaturae, nisi | forte per acci-
350 dens, quia scilicet creatura est similis illi, sicut mensura refertur per accidens ad mensuratum, quia scilicet mensuratum refertur ad ipsam per se. Et sic ista similitudo potius pertinet ad relationem mensurae quam ad relationem communem quia pertinet ad imaginem. Unde de hac similitudine imitationis dicit AUGUSTINUS, VII^o De Trinitate: «*Ita homo imago est ut ad imaginem sit, id est non aequatur paritate sed accedit similitudine*», sicut in distantibus signatur quaedam vicinitas non loci, sed cuiusdam imitationis, secundum quod hoc expressius declarat 83
355 Quaestionum quaestione 51^a. |

I' 353^a

S' 258^{ab}

K" 173^a

Scarp. 1235a

B" 149^{ab}

Bad. 218^y

Ad tertium quod «*hypostaseon unumquodque*» etc., dico quod littera illa DAMASCENI «*non habet hypostaseon unumquodque*» etc., sed praemissis multis quae communiter sunt trium hypostaseon adiungit: «*unumquodque enim | eorum*» etc., ut relatio illius quod est eorum, possit esse aequivoca, quia potest referre li 'hypostaseon' quod immediate praecedit, vel alia quae praenarravit, | et communiter conveniunt unicuique trium hypostaseon. Et primo modo procedit argumentum acsi li 'eorum' referret li 'hypostaseos' quod immediate praecedit. Sic enim illa est falsa quae assumpta | est in argumento: «*unumquodque hypostaseon ad alterum non magis | se habet quam ad se ipsum*». Haec autem falsa est, in hoc videlicet quod unumquodque hypostaseon ad alterum dicitur triplici modo relationis communis; ad se ipsum autem non dicitur nisi primo modo identitatis, et sic magis se habet ad alterum in hoc quod pluribus modis relationum se habet ad alterum quam ad se ipsum. Sed secundo modo intelligit DAMASCENUS, quod scilicet li 'eorum' referrat illa quae praenarraverat ipse immediate, quando loquens de divinis dixit sic: «*Illic commune et unum re consideratur propter identitatem substantiae et operationis et voluntatis et potestatis et virtutis et bonitatis. Non dixi | similitudinem sed identitatem; una enim substantia, una bonitas, una virtus, una voluntas, una operatio, una potestas, una et eadem, non tres similes ad invicem trium hypostaseon*». Et tunc sequitur assumptum in argumento: «*unumquodque enim eorum habet se ad alterum non minus quam ad se ipsum, hoc est in quantum secundum omnia*» etc., ut tactum est in argumento. Et ideo sic expone dictum illius | «*unumquodque enim eorum*», scilicet praedictorum, puta substantiae, operationis, voluntatis, et ceterorum attributorum essentialium quae sunt aliquid ipsorum hypostaseon. Non autem sic ut sumit argumentum, «*eorum*, scilicet hypostaseon, *non minus se habet ad alterum quam ad se ipsum*». |

Quod specialiter intelligit BOETHIUS de habere se ad alterum per identitatem, non autem per similitudinem aut aequalitatem.

Unde immediate de similitudine praemisit dicens: «*non dixi similitudinem sed identitatem; una est enim substantia*» etc. Non tres | similes substantiae scilicet sunt, aut tres operationes, et cetera huiusmodi quae sunt communiter ad invicem trium hypostaseon. Quod revera dixit propter Semiarrianos, qui unitatem singularitatis substantiae negabant in Patre et Filio, sed conformitatem substantiae communis asserebant, ut infra in dissolutione rationis secundae sequentis quaestionis exponetur. Qui etiam per eundem modum asserebant in ceteris attributis specialibus divinarum personarum, non unitatem singularitatis sed conformitatem solummodo alicuius communis.

Unde expone quod dixit BOETHIUS: «*unumquodque eorum non minus se habet ad alterum quam ad se ipsum*» sic: ad alterum, puta substantia ad

- 400 operationem et ad quodcumque ceterorum; aut e converso quam ad se
ipsum, puta substantia ad substantiam, operatio ad operationem, et sic
de ceteris. Quantum enim in divinis substantia eadem est substantiae,
scilicet unitate singularitatis non conformitate alicuius communis,
similiter et operatio operationi, et sic de ceteris, tantum substantia est
405 eadem operationi et ceterorum unicuique, et e converso quodlibet
illorum cuilibet alteri. Et substantia quae est in una personarum non
minus sed aequaliter est eadem substantiae quae est in altera, quam ipsa
sibi ut est in una personarum. Et sic de | operatione, voluntate et ceteris S' 259^a
substantialibus seu essentialibus attributis, secundum quod dicit littera
410 sequens assumpta in argumento ad probationem illius. Hoc est «*quoniam
secundum omnia sunt unum*» etc., per quod bene probatur quod unumquod-
que talium non solum minus se habet ad alterum secundum identitatem
quam ad se ipsum, nec etiam magis, sed omnino uniformiter atque
aequaliter. Et secundum hunc modum intelligit illud dictum suum
415 BOETHIUS: «*hypostaseon unumquodque se habet | ad alterum non minus quam ad* Q 127^{vb}
se ipsum». Et verum est etiam quod nec magis, secundum quod procedit
probatio sua et bene. Secundum | praedictum autem primum modum I' 353^{va}
non intelligit illud, nec secundum illud procedit aut procedere potest
probatio. Licet enim, quia Pater et Filius et Spiritus Sanctus secundum
420 quod omnia substantialia sunt unum, et ideo non minus unumquodque
illorum se habet ad | alterum per identitatem, de qua loquitur, nec K" 173^{va}
magis quam ad se ipsum, sed uniformiter secundum rem, tamen bene se
habet unaquaeque personarum secundum relationes communes aequali-
tatis et similitudinis minus ad alteram quam ad se ipsam, in hoc videlicet
425 quod ad alteram dicitur quaelibet illarum similis et aequalis, nulla autem
ad se ipsam, ut patet ex determinatis iam. |

Bad. 218^{va}
Scarp. 1236a

<QUAESTIO 3

UTRUM IN QUALIBET HABITUDINE RELATIONUM COMMUNIORUM RELATIONES EXTREMAE SINT ALIAE AB INVICEM>

Circa tertium arguitur quod non in qualibet habitudine relationum communium relationes extremae sint aliae et aliae ab invicem. Primo communiter in divinis et in creaturis sic. Si relationes communes in extremis suis essent aliae ab invicem, puta ut similitudo in uno similium esset alia a similitudine in alio similium, hoc non esset | nisi ad alietatem relatorum sequeretur alietas relationum in ipsis existentium. Hoc autem falsum est, quia idem secundum modum alietatis relatorum esset alietas relationum in ipsis, sicut secundum modum alietatis hominum est alietas risibilitatum in ipsis. Quod similiter falsum est, quia relata secundo modo identitatis et aequalitate et similitudine semper re distinguuntur. Non sic autem relationes existentes in illis, ut patet in aequalitate et similitudine et identitate divinarum personarum inter se in quibus, quia sunt relationes secundum rationem tantum, non sunt extrema nisi secundum rationem, et tamen personae relatae sunt aliae ab invicem secundum rem; ergo etc. |

Secundo sic. Ubi non est distinctio fundamentorum nec relationum fundatarum in | illis, relationes enim communes non plurificantur nisi secundum plurificationem fundamentorum, sicut nec relationes aliae consimiles. Puta in uno non est nisi una paternitas licet ad plures filios, et simile non est simile nisi una similitudine ad plures quibus est similis; et hoc propter unum fundamentum talium relationum. Quare cum substantia super quam fundatur identitas | in illis quae sunt eadem, non distinguatur omnino, nec similiter quantitas super quam fundatur aequalitas in aequalibus; nec similiter qualitas super quam fundatur similitudo in similibus. Quia super substantiam fundatur identitas ratione qua est substantia simpliciter, non autem ratione qua est haec vel illa, nec ratione qua est in hoc vel in illo; et similiter aequalitas super quantitatem et similitudo super qualitatem. Quia proprium est substantiae secundum eam dici idem et diversum, et quantitati secundum eam dici aequale et inaequale, et qualitati secundum eam dici simile et dissimile. Substantia autem secundum quod est | substantia simpliciter, nullo modo distinguitur etiam in diversis. Similiter nec quantitas nec qualitas; sicut figura, in | quantum est figura simpliciter, non distinguitur omnino in isoscele et scalenon, quia secundum PHILOSOPHUM, IV^o P h y s i c o r u m , sunt eadem figura, licet non sint idem triangulus; ergo etc.

Ex eodem medio arguitur idem specialiter in divinis, quia cum in Deo in tribus personis sit una substantia, una quantitas, una qualitas, super quas fundantur relationes | communes, scilicet identitatis, aequalitatis et similitudinis trium personarum inter se, | est ergo una identitas trium personarum sicut una substantia, una aequalitas sicut una quantitas, una similitudo sicut una qualitas; ergo etc.

5

10

15

20

25

30

35

40

45 Quod confirmatur per hoc quod de Patre et Filio dicit HILARIUS,
III De Trinitate: «*eandem in utroque et virtutis similitudinem et divinitatis
plenitudinem profiteamur. Omnia enim accipit Filius a Patre*». | Vult ergo quod a
Patre accipiat illam similitudinem virtutis quae est Patris ad Filium, et
et similiter eandem plenitudinem divinitatis, quae quidem plenitudo ad
50 aequalitatem quantitatis pertinet.

B" 150^{rb}

Tertio ad idem sic. Quae minus sunt distinguibilia, minus sunt
plurificabilia, quia non est plurificatio nisi per distinctionem qua plura
habent esse plura. Sed minus sunt distinguibiles | relationes propriae in
divinis, puta paternitas et filio, quam communes, puta identitas,
55 aequalitas aut similitudo, quia illae sunt aliorum distinctivae, scilicet
personarum, ut habitum est supra; non autem istae, ut declarabitur infra.
Magis autem sunt distinguibilia inter se aliorum distinctiva quam
non-distinctiva. Quare cum relationes propriae et similes plurificari non
possunt in divinis, nec enim possunt in illis esse plures paternitates aut
60 plures filiationes; quare nec relationes communes similes, cuiusmodi
sunt identitas, aequalitas et similitudo, in divinis plurificari possunt.

S' 259^{rb}

Quarto sic. Inter se minus distinguuntur relationes sub eodem
genere existentes quam diversa genera relationum, puta similitudo in
divinis personis diversis quam aequalitas et similitudo; sed aequalitas,
65 similitudo et identitas in divinis non distinguuntur inter se nisi ratione
tantum, ut habitum est supra. Similitudo ergo, aut identitas, aut aequali-
tas, ut est in diversis personis, minus distinguitur quam secundum
rationem. Sed minor distinctio quam secundum rationem nulla est
omnino; ergo etc.

70 In contrarium arguitur primo sic. Super 14^{um} cap.^{um} BOETHII De
Trinitate, COMMENTATOR dicit sic: «*sicut ipsa quae sunt similia, sic et
illa secundum quae sunt similia, necesse est esse diversa*». Sed ipsa quae sunt
similia semper sunt | diversa | et alia et alia, ut patet ex duabus quaesti-
onibus praecedentibus. Illa autem, secundum quae similia sunt, sunt
75 extrema similitudinis in similibus. Illa ergo extrema necesse est esse
diversa sicut et relata per illa, et sic oportet quod sint diversa et alia et
alia. Et sicut hoc arguitur de extremis similitudinis, sic argui potest de
extremis identitatis et aequalitatis, quia qua ratione verum est illud
dictum COMMENTATORIS «*sicut ipsa quae sunt similia*» etc., eadem ratione
80 verum est dicere: sicut ipsa quae sunt eadem et aequalia, sic et illa secun-
dum quae sunt eadem et aequalia, necesse est esse diversa.

K" 174^{ra}
Scarp. 1237b

Secundo sic: quod requirit distinctionem eorum in quibus existit,
necessario habet esse distinctum in illis, quia indistinctum natum est
esse in indistincto sicut distinctum in distincto. Sed relationes commu-
85 nes aequalitatis et similitudinis | requirunt | distinctionem illorum in

B" 150^{ra}
I' 354^{ra}

quibus sunt, et hoc secundum rem quia similitudo non est sui ipsius nec aequalitas; non est enim aliquid aequale aut simile sibi, ut iam habitum est supra. Relatio similiter identitatis etiam requirit distinctionem et differentiam relatorum in quibus est, ut etiam habitum est supra; ergo etc.

90

Et hoc est quod tertio arguitur sic. Quod esse relativorum vel ipsorum relatorum est ad aliud se habere, secundum modum iam supra expositum, hoc contingit quia per se relationi competit quod esse suum accipiat in comparatione ad aliud esse, quod scilicet competit alteri relationi sibi correspondenti, quod non est | sine ipsarum relationum distinctione in ipsis relatis; ergo etc.

95

Quarto sic. Secundum AUGUSTINUM V^o De Trinitate cap.^o 8^o: Tres personae «*non sunt tres magni sed unus magnus*», quia una est magnitudo trium. Ergo a contrario cum tres personae sive divinae sive creatae sint tres aequales, tres similes, tres idem, hoc non contingit nisi quia sunt ibi tres aequalitates, tres similitudines, et tres identitates, ergo etc. |

100

Bad. 219^{vb}

<SOLUTIO>

Dicunt ALIQUI quod sicut in rebus absolutis duplex invenitur distinctio earum: una secundum rationem quidditatis earundem quae est inter res diversorum generum aut specierum tantum; alia secundum esse quae est solummodo inter res differentes numero tantum sub eadem specie specialissima, quia individua nihil quidditativum aut rei addunt supra quidditatem aut rem speciei, sed solummodo determinationem illius. Sic et duplex distinctio invenitur in relationibus: una secundum rationem quidditatis earum, alia vero secundum esse earundem. Quarum prima, ut dicunt, competit relationi unde relatio est, quia relationis unde relatio est, proprium est ad | aliud se habere. Et tali modo distinguuntur relationes diversae secundum speciem, cuiusmodi sunt omnes relationes oppositae | dissimiles, ut paternitas et filiatio, et tria genera relationum | communium inter se comparata, de quarum differentia habitum est supra. Sed non sic distinguuntur relationes communes similes, quae scilicet sunt similium nominum in utroque relatorum, eo quod non sunt nisi eiusdem speciei specialissimae quando fundantur super unum speciem, ut est similitudo in duobus similibus, et aequalitas in duobus aequalibus, et identitas in duobus eisdem, de quibus proposita est praesens quaestio, an scilicet in similibus aut aequalibus aut eisdem sit diversa et alia atque alia similitudo et aequalitas et identitas.

105

110

Scarp. 1238a

E' 140^{rb}K" 174^{rb}

115

120

Unde dicunt quod relationes communes similes non distinguuntur
 125 nisi secundum esse, quae distinctio, ut dicunt, non competit relationi
 unde relatio est, sed solummodo ratione sui fundamenti, quia est res
 alterius praedicamenti. Nam relationi non respondet proprium esse | B" 150^{vb}
 unde relatio est, sed solummodo esse sui fundamenti. Talis ergo, ut S' 259^{va}
 dicunt, distinctio est per fundamentum. Ubi ergo non plurificatur funda-
 130 mentum, relationes similes communes, ut dicunt, plurificari non pos-
 sunt, ut contingit in divinis universaliter, et in creaturis quoad idem
 numero. Et ubi fundamentum plurificatur, ibi plurificantur et ipsae, ut
 contingit | in creaturis universaliter in aequalitate et similitudine et I' 354^{tb}
 identitate specie aut genere. Et ideo dicunt quod in divinis non sunt in
 135 tribus personis plures aequalitates sed tantum unica, quia nonnisi unica
 magnitudo est in eis; similiter nonnisi unica similitudo et unica identitas,
 quia nonnisi unica substantia et unica qualitas in eisdem; licet in creatu-
 ris diversis aequalibus, similibus aut eisdem sint diversae similitudines,
 aequalitates et identitates, secundum quod in eis sunt diversae quantita-
 140 tes, diversae qualitates et diversae substantiae supra quas fundantur. Et
 sic per accidens sunt relationes illae diversae, scilicet quia fundamentum
 est aliud et aliud. | Bad. 219^{vc}

Quod dicunt quod relatio communis semper, quantum est de se,
 sub eadem specie sit eadem numero in relatis, et quod non est alia et alia
 145 nisi quia in relatis fundamentum est aliud et aliud, quemadmodum in
 absolutis formis, quantum est de se, sic est quaelibet earum eadem
 numero sicut est eadem specie, nisi sit per materiam aliam et aliam
 secundum aliquos, aut per agens secundum alios. Quod enim aliquid sit
 quid per se formaliter et quod secundum rationem quidditatis differat ab
 150 alio, hoc non convenit ei nisi | secundum rationem aliam et aliam | Q 128^{va}
 generis aut speciei. Quia quod sit quid secundum rationem individui et Scarp. 1238b
 quod secundum illam rationem differat ab alio, hoc non convenit ei nisi
 quia in se habet formam speciei determinatam. Et hoc aut per agens
 tantum, ut quando habet formam determinatam in se et non in alio
 155 existens, ut contingit in | angelis unius speciei; aut simul per agens et K" 174^{va}
 per materiam sive subiectum aliud et aliud, ut contingit in formis materi-
 alibus sive eductis de potentia materiae, cuiusmodi sunt formae pure
 materiales differentes solo numero, et in formis materialibus non-educ-
 tis de potentia materiae sed in materia tantum, cuiusmodi sunt animae
 160 rationales quarum differentia dicitur esse secundum esse et non secun-
 dum rationem suae quidditatis. Quia licet in se habeant quidditates
 speciei eiusdem differentes numero, illa differentia non contingit ex
 ratione quidditatis, sed solummodo ex ratione detractiois illius quam
 habet ab agente sive per materiam et subiectum, sive sine materia et

	subiecto. Unde etsi utraque differentia ponatur dici fore secundum esse, 165
B" 151 ^{ra}	prima tamen dicitur secundum esse per se quod dicitur esse quidditati- vum. Secunda vero dicitur secundum esse acquisitum sive per acci- dens, quod communi nomine dicitur esse absolutum sive esse simplic- iter et absque determinatione.
Bad. 219 ^{vd}	Quod dicunt ISTI de distinctione scilicet quod duplex est: et 170 secundum rationem suae quidditatis et secundum esse, bene verum est, et habet locum tam in praedicamentis absolutis quam in relationibus; semper enim differentia specie distinguuntur secundum rationem suae quidditatis; differentia autem numero secundum esse tantum.
Bad. 219 ^{ve}	Sed quod dicunt quod distinctio secundum rationem suae quiddi- 175 tatis competit relationi unde relatio est, hoc non est verum nisi quidditas relationis appelletur modus essendi ad aliud purus, qui solus proprius est relationi ratione sui praedicamenti secundum praedeterminata. Quod non potest poni, quia cum modus ille, quantum est de se, non distingua- tur ut est supra expositum, secundum hoc ergo esse quidditativum non 180 esset nisi unum et idem in toto praedicamento relationis, nec secundum ipsum esset ulla distinctio eorum quae sunt sub praedicamento relatio- nis, secundum quod etiam hoc superius est declaratum. Quare cum distinctio eorum, quae habent illum modum communem sub praedica- mento relationis, secundum praedeterminata, non sit nisi per funda- 185 menta, si distinctio dicta cadat in praedicamento relationis, scilicet secundum rationem quidditatis et secundum esse, modo quo quidditas et esse habent esse in relatione, ambae distinctiones sunt per funda- menta. Quod verum est hoc modo, videlicet quod a fundamentis diversorum modorum et rationum distinguuntibus relationes, secundum 190 genera et species, dicantur distingui relationes secundum rationem quidditativam et secundum esse quidditativum specificum, quod a talibus fundamentis contrahunt. Et sic sumitur differentia relationum communium differentium genere aut specie inter se, et hoc penes differentiam formalem secundum genera et species illorum super quae 195 fundantur. Propter quod etiam formaliter secundum genus et speciem differunt relationes fundatae super illa fundamenta, licet quandoque secundum rem quandoque secundum rationem tantum, prout rationes fundamentorum quandoque differunt secundum rem, ut contingit in substantia vera, et quantitate et qualitate accidentalibus substantiae; 200 quandoque secundum rationem tantum ut contingit in substantia vel habente rationem substantiae, et in quantitate perfectionis, et in qualitate substantiali existentibus in substantia.
E' 140 ^{va}	Secundum quod in divinis, loquens de substantia et substantiali- bus attributis libro I ^o cap. ^o 11 ^o DAMASCENUS dicit: «secundum omnia 205
S' 259 ^{vb}	

*unum sunt Pater et Filius et Spiritus Sanctus praeter ingenerationem et generationem
 et processionem, cogitatione vero secundum divisum;*» id est licet omnia | illa Q 128^{vb}
 idem sint re in tribus personis, ratione tamen distinguuntur singula a
 singulis et a se ipsis. A fundamentis vero unius modi et rationis unius
 210 distinguuntur relationes secundum numerum tantum dicuntur distin-
 gui tantum secundum esse. | Et sic sumitur differentia relationum B" 151^{rb}
 communium numero solo, scilicet penes differentiam materiale vel
 quasi, licet quandoque differant secundum rem, quandoque autem
 secundum rationem tantum. Primo enim modo genus relationis com-
 215 munis distinguitur sicut per primas differentias tractas a suis funda-
 mentis in relationem substantialem continentem identitatem et diversita-
 tem, quae sequuntur unum et multum in substantia; et in relationem
 accidentalem, quae sequuntur unum et multum in duobus praedicamen-
 tis accidentis absolutis. Quae continet sub se duas species, quarum una
 220 sequitur unum et multum in quantitate et dicitur aequalitas et inaequali-
 tas; altera vero sequitur unum et multum in qualitate, et dicitur simili-
 tudo et dissimilitudo. Quae ulterius descendunt in species secundum
 species substantiae, quantitatis et qualitatis usque ad species specialissi-
 mas quae fundantur super species specialissimas praedicamentorum
 225 absolutorum, quae species specialissimae relationum non | dividuntur
 nisi per differentias numero tantum secundum differentiam numeralem
 fundamentorum. Et quamvis talis distinctio relationum sit per aliud, est
 tamen essentialis praedicamento relationis, eo quod esse et realitatem
 seu quidditatem non est natum habere nisi per aliud. Relationi enim
 230 unde relatio est, nec proprium esse nec propria quidditas respondet, sed
 solummodo esse et quidditas sui fundamenti.
 Et ideo bene verum est quod ubi sub relationibus communibus
 eiusdem speciei specialissimae relationis non plurificatur realiter funda-
 mentum, nec similiter relationes fundatae super illud realiter plurifican-
 235 tur, ut contingit in divinis, sicut dictum est. Nihilominus tamen, et licet
 non distinguantur secundum rem, distinguuntur tamen secundum |
 rationem saltem. Impossibile enim est quod relata sint diversa, sive
 secundum rem sive secundum rationem, quin relationes quibus referun-
 tur sint diversae | saltem secundum rationem. Quare, cum in omni
 240 habitudine relationum necesse sit relata esse diversa, vel re vel ratione,
 ut in duabus quaestionibus praecedentibus est expositum, necesse est
 etiam in omni habitudine relationum ipsas relationes in extremis esse
 diversas vel secundum rem, vel secundum rationem. Secundum rem
 enim semper sunt diversae relationes extremae cuiuslibet habitudinis
 245 relationum communium in creaturis, praeterquam in relatione secun-
 dum identitatem numeralem in qua sunt diversae secundum rationem

Scarp. 1239b

I' 354^{vb}K" 175^{ra}

	tantum, et hoc uniformiter ipsis relatis. In divinis autem numquam sunt diversae secundum rem, sed semper secundum rationem tantum. Et hoc vel uniformiter ipsis relatis, sicut contingit solummodo in primo modo identitatis; vel difformiter illis, sicut universaliter contingit in secundo modo identitatis, et in aequalitate et similitudine, in quibus relata sunt divinae personae distinctae secundum rem, cum tamen relationes, quibus referuntur, distinctae sint solummodo secundum rationem, ut amplius declarabitur in sequenti quaestione.	250
B" 151 ^{va} Bad. 220 ^{re}	Sed est hic advertendum, ad dictorum ampliorem huiusmodi intellectum, quod inter se differunt si proprie accipiantur ista tria, scilicet respectus, relatio et habitudo. Quia omnis habitudo est relatio et respectus sed non e converso, et omnis relatio est respectus sed non e converso. Cuiuslibet enim accidentis est respectus ad suum subiectum ut ad id cui natum est inesse; nulla tamen est relatio accidentis ad suum subiectum aut habitudo. Est enim relatio respectus, qui est modus essendi quo id cuius est, ad aliud dicitur. Et cum proprie accipitur relatio, ipsa non nominat nisi extrema habitudinis, de quibus proposita est praesens quaestio, quibus relata ad invicem referuntur. Est enim habitudo proprie dicta quasi medium intervallum continens sicut extrema duas relationes oppositas, propter quod et ipsa habitudo dicitur relatio et induit nomen et rationem utriusque extremorum respectu utriusque, quemadmodum spatium intervallum inter sursum et deorsum respectu sursum dicitur deorsum, et respectu deorsum dicitur sursum. Et loquendo de relatione, quae est habitudo duorum extremorum, identitas et aequalitas et similitudo sunt tres relationes, et tria genera habitudinum, de quarum differentia habitus est sermo superius. Loquendo autem de relatione quae est extremum habitudinis, est sermo de differentia relationum in hac quaestione. Et sunt in qualibet dictarum trium habitudinum duae relationes consimilium nominum cum ipsa habitudine. In qualibet enim habitudine identitatis sunt duae identitates quae sunt relationes diversae in diversis relatis secundum identitatem. Et similiter in habitudine aequalitatis sunt duae aequalitates, quibus mutuo inter se referuntur aequalia. Et similiter in habitudine similitudinis duae sunt similitudines quibus inter se referuntur similia. Qui enim negat hanc alietatem in extremis cuiusque habitudinis, necessario negat habitudinem et omnem respectum et relationem relatorum inter se, secundum quod procedunt et bene quattuor ultimae rationes quae idcirco concedendae sunt.	255 260 265 270 275 280
Q 129 ^{ra}		
Scarp. 1240a		
S' 260 ^{ra}		
Bad. 220 ^{re} K" 175 ^{rb}		
I' 355 ^{ra} Bad. 220 ^{re}		

285 QUIDAM tamen dicunt quod ad plurificationem relationum
 communium non sufficit plurificari supposita relata, nisi cum hoc
 plurificentur fundamenta in relatis. Quod proculdubio verum est de
 plurificatione relationum secundum rem, sed non est verum loquendo
 de plurificatione secundum rationem. Impossibile enim est relata plurifi-
 290 cari maxime secundum rem ut diversa supposita, quin fundamentum
 relationis, quod est unum in illis secundum rem, plurificetur secundum
 rationem, quia secundum unam rationem | necessario habet esse in E' 140^{vb}
 uno, et secundum aliam in alio, ut divinitas in Patre et Filio. Et propter
 hoc etiam necessario relatio una secundum rem iuxta unitatem realem
 295 fundamenti necessario plurificatur secundum rationem iuxta | plurifica- B" 151^{vb}
 tionem fundamenti secundum rationem. Unde relatio quae est habitudo
 duorum relatorum inter se, nullo modo fundatur in uno et eodem re et
 ratione simul. Ad semel enim unum quod est unum et re et ratione
 simul, non sequitur idem nec aequale nec simile nec habitudo aliqua
 300 omnino, quia nulla est habitudo sine omni diversitate extremorum
 suorum, | quae diversitas extremorum habitudinis non est sine diversitate Scarp. 1240b
 aliqua fundamenti, sicut non sunt diversae habitudines fundatae in
 eadem re singulari sine omni diversitate secundum rationem in illa. Puta
 in divina natura non fundantur tres habitudines, quae sunt identitas,
 305 aequalitas et similitudo, nisi habeat tres rationes in se, trium scilicet
 praedicamentorum quae sunt substantia, quantitas et qualitas. Et hoc
 quolibet illorum distincto et accepto secundum rationem bis ad minus,
 quia non ad unum semel acceptum sed plurificatum solummodo sequi-
 tur relatio communis, ut habitum est supra.

310 Et sic sicut in divinis oportet concedere quod super idem | re Q 129^b
 fundantur tres habitudines relationum communium sola ratione diversae
 secundum superius determinata, quae sunt identitas, aequalitas et simili-
 tudo secundum diversas rationes, scilicet substantiae, quantitatis et
 qualitatis in illo, sic oportet concedere quod super idem re fundantur in
 315 qualibet habitudine duae relationes secundum diversas rationes eius,
 scilicet unius et unius in diversis relatis. Quemadmodum et in creaturis
 super substantiam, quantitatem et qualitatem, quae sunt re diversa,
 fundantur identitas, aequalitas et similitudo quae sunt habitudines re
 diversae, et super diversas substantias numero aut specie in diversis
 320 relatis fundantur diversae identitates quae sunt relationes re differentes;
 et similiter super diversas quantitates et diversas qualitates solo numero
 fundantur | diversae similitudines et aequalitates re differentes. Et ita K" 175^{va}
 sicut non sequitur in divinis, si unum sunt secundum rem substantia,
 quantitas et qualitas, quod identitas, aequalitas et similitudo in divinis
 325 non sint diversae relationes communes ratione differentes, sic non

sequitur, si una sit substantia, una quantitas, una qualitas in divinis
 I' 355^b secundum rem, quod identitas, aequalitas et similitudo fundata in | illa,
 ut est in diversis personis, non diversificetur secundum rationem neque
 plurificetur in singulis personis. Ut secundum hoc alia sit identitas qua
 Pater est idem Filio, et alia e converso qua Filius est idem Patri, et sic de 330
 aequalitate et similitudine. Ut sic diversitati rerum in personis creatis
 respondeat diversitas rationum in personis divinis. Et quemadmodum in
 creaturis plus differunt secundum rem substantia, quantitas et qualitas
 inter se, et similiter relationes fundatae in illis inter se quam differant 335
 B" 152^{ra} duae | relationes fundatae in illis, sic in Deo plus differunt secundum
 Scarp. 1241a rationem substantia, quantitas et qualitas, et | similiter relationes funda-
 tae in illis inter se, quae sunt identitas, aequalitas et similitudo, quam
 differat secundum rationem substantia ut est in diversis personis; simili-
 ter quantitas aut qualitas aut relationes fundatae in illis, puta similitudo 340
 S' 260^b Patris ad Filium a similitudine Filii ad Patrem; licet quandoque | in
 creaturis differant re extrema unius habitudinis, cum tamen genera
 habitudinum differant inter se ratione tantum, puta cum identitas,
 aequalitas et similitudo hominis ad hominem in humanitate in qua idem
 sunt re substantia, quantitas et qualitas substantiales, quamvis inter se 345
 sola ratione differant, extrema tamen cuiuslibet illarum habitudinum
 inter se differant secundum rem, quia alia est humanitas unius et alterius
 in qua differunt realiter substantia unius et substantia alterius; et similiter
 quantitas et qualitas substantiales.

Et sic cum tres personae diversae sint eadem, aequales et similes 350
 inter se secundum rationem, sunt tres diversae identitates, aequalitates et
 similitudines earundem. Propter quod in plurali dicitur quod sunt tres
 eadem non unus, et hoc sumendo idem masculine. Similiter tres aequa-
 les non unus aequalis, et tres similes non unus similis ut procedit et bene 355
 ultima ratio, quamvis sit in tribus una substantia, una magnitudo, una
 qualitas, et hoc quia non fundantur dictae relationes in illis nisi ut secun-
 dum rationem habent diversificari in personis, sicut nec simpliciter
 K" 175^{vb} aequalitas aut similitudo fundantur | in quantitate aut qualitate, nisi
 prout habent esse in diversis personis. Si enim esset magnitudo in Deo
 Bad. 221^{rf} aut qualitas absque personarum distinctione, | nullo modo fundaretur 360
 Q 129^{va} super illam aequalitas aut similitudo. Propter quod etiam nequaquam
 potest dici substantive quod tres personae sint unus, idem, aequalis aut
 similis, sicut dicitur quod sunt unus Deus, unus magnus, aut unus
 aeternus, quasi scilicet non est denominatio ab aequalitate aut similitu-
 dine aut identitate in divinis, nisi propter substantiam, magnitudinem aut 365
 qualitatem ratione diversam in personis. Est autem denominatio a

370 magnitudine in divinis, non propter aliquam diversitatem eius secundum
rationem, sed solummodo propter ipsam simpliciter. Esset enim in Deo
magnitudo et denominatio ab illa, etsi in illo nulla esset distinctio
personarum – si tamen esset absque illa – non tamen esset in eo aequali-
tas aut similitudo neque denominatio ab illa; et | similiter esset de
denominatione a substantia et qualitate. Et secundum hoc distinctio
identitatum, aequalitatum et similitudinum plurium in divinis, licet | sit
375 secundum rationem, non tamen sine adminiculo distinctionis realis |
personarum. Propter quod identitas, aequalitas et similitudo | persona-
rum diversarum inter se magis accedunt ad rationem relationum realium
quam identitatis alicuius ad se ipsum. Et maior est distinctio secundum
rationem identitatum, aequalitatum aut similitudinum, quibus diversae
personae dicuntur eadem aequales aut similes inter se, quam sit identi-
380 tatum quibus idem secundum rationem diversificatum referretur ad se
ipsum.

E' 141^{ra}I' 355^{va}

Scarp. 1241b

B" 152^{rb}

Relationes enim secundum rationem gradus habent, et quaedam
minus appropinquant relationibus realibus et magis sunt secundum
rationem, ut contingit in primo modo identitatis. Quaedam vero magis
385 appropinquant relationibus realibus, et secundum hoc sunt minus
secundum rationem, ut contingit in secundo modo identitatis. Relatio-
nes etiam diversificantur secundum diversitatem fundamentorum, non
solum realiter ut contingit in creaturis sed etiam rationaliter, et hoc
dupliciter. Uno modo secundum eundem modum fundandi et secun-
390 dum uniformem rationem fundamenti, sicut fundantur diversae aequali-
tates super magnitudinem unam in diversis personis, et diversae similitu-
dines super unam qualitatem, et diversae identitates super unam sub-
stantiam. Alio modo secundum alium et alium modum fundandi et
secundum difformem rationem fundamenti, sicut fundantur diversae
395 relationes notionales in divinis super eandem essentiam divinitatis, puta
paternitas ut est illa potentia activa et ratio qua, ut ratione activa, aliquis
producat; et filiatio ut est potentia passiva et ratio qua aliquis de ipsa
producat, ut tactum est | et expositum in supra determinatis; sicut
etiam fundantur diversae relationes reales super idem re cum voluntas
400 movet se ipsam, licet mediante extraneo, ut determinavimus in quadam
quaestione de Q u o l i b e t . |

K" 176^{ra}Bad. 221^{rg}

<AD ARGUMENTA>

Quod ergo arguitur primo contra iam dicta, «si extrema relationis
communis essent alia ab invicem, hoc non esset nisi propter pluralitatem
405 relatorum», dico quod verum est, non tamen propter eam ut propter

quam principaliter, sed solummodo ut propter quam adminiculative et sine qua non. Quia si non esset diversitas relatorum secundum rem in creaturis, non esset diversitas unitatum substantiae, quantitatis aut qualitatis secundum rem, ad quas in illis sequuntur identitas, similitudo et aequalitas realiter diversae ut ad causam propter quam sit. Similiter si non esset diversitas personarum in divinis non esset diversitas rationum in quantitate aut qualitate aut substantia divina ad quas sequuntur aequalitas et similitudo et identitas secundo modo identitatis, | ut ad causam propter quam sit originaliter, | quae tamen, ut ad causam propter quam | sit, sequuntur completive ex consideratione rationis; aliter enim non essent relationes secundum rationem. Ita quod causa alietatis talium relationum in divinis adminiculativa et sine qua non, est personarum distinctio. Causa vero propter quam sit originaliter, est diversitas secundum rationem unitatum substantiae, quantitatis et qualitatis in illis. Causa vero propter quam sit completiva est | intellectus sive ratio sine tamen tali causa adminiculativa ex sola rationis consideratione bene causatur relatio identitatis secundum primum modum tam in divinis quam in creaturis. |

Quod arguitur ulterius quod «propter *alietatem relatorum non sunt alia inter se extrema* in eadem habitudine relationis communis, *quia* tunc illa essent *alia inter se secundum rem*, sicut inter se sunt alia ipsa relata», dico quod verum est si ipsa relatorum alietas esset per se causa alietatis dictarum relationum ut propter quam sit; nunc autem non est sic nec in creaturis nec in divinis, ut dictum est. Propter quod, licet relata sint alia in divinis secundum rem, tamen relationes communes existentes in illis non sunt aliae inter se nisi secundum rationem, sicut nec sua fundamenta. Et quia hoc modo tales relationes communes personarum causantur ab ipsarum personarum distinctione, idcirco licet non sint distinctivae personae, sunt tamen demonstrativae distinctionis earum sicut signum causae suae. Unde ad talem differentiam extremorum relationum a diversitate relatorum secundum rem, respexit COMMENTATOR quando dixit: «*omne simile alii a se dicitur simile, nec inde diversa solum sunt quae sunt similia, sed etiam secundum quae sunt similia*», ut supra in fine quaestionis praecedentis, licet maiori diversitate in | divinis differant similia quam illa secundum quae sunt similia. |

Sed contra hoc directe videtur illud dictum eiusdem COMMENTATORIS in prima ratione ad oppositum ubi dicit: «*sicut ipsa quae sunt similia, sic et illa secundum quae sunt similia | necesse est esse diversa*». Et est dicendum pro solutione ad hominem, quod non omne simile <ei> currit ad <duos pedes, sed quaedam ad> quattuor pedes. Aliquando enim simile est in omnibus simile, aliquando in aliquo tantum. Unde verum est quod si

410

415

420

425

430

435

440

445

similia sunt diversa, quod necesse est ut etiam illa, secundum quae sunt similia, sint diversa; ut fundamenta et relationes secundum quas referuntur, et hoc quoad generalem differentiam, quod scilicet sicut ipsa quae
 450 sunt similia sunt diversa, sic necesse est et illa secundum quae sunt similia esse diversa. Non tamen oportet quod sint diversa semper eodem modo diversitatis, immo | aliquando sunt similia diversa secundum rem, cum | tamen ea secundum quae sunt similia, ut sunt relationes quibus referuntur et fundamenta illarum in relatis, diversa sunt
 455 secundum rationem tantum, sicut dictum est in divinis.

Scarp. 1242b

B" 152^{vb}

Pro solutione autem ad rem, dicendum est quod est quaedam similitudo fundata in similibus super unitatem singularitatis fundamenti, ut est similitudo personarum | in divinis. Est autem alia fundata super unitatem conformitatis, ut est diversorum suppositorum in creaturis. Et
 460 in hac similitudine secunda loquitur COMMENTATOR, et verum est dictum suum, non autem in similitudine prima, et de illa non est verum. Unde ad litteram loquitur contra illos qui ponebant unitatem substantiae secundum speciem esse in Patre et Filio, et eos secundum illam esse similes, sicut sunt duo homines, ait enim sic: «*Semiarriani Filium et Patrem esse unius substantiae secundum quidem unius essentiae singularitatem negant, sed secundum diversarum essentiarum conformitatem affirmant. Substantiam Patris | et Filii unam, quae singularitate | intelligitur, quodammodo disiungunt et separant, ab unitate similitudinis unam ponunt*». Et sumit ibi similitudinem pro conformitate, et tunc sequitur immediate assumptum in argumento: «*sicut enim ipsa quae sunt similia, sic et illa secundum quae sunt similia necesse est esse diversa*». Quod ut, ex serie litterae patet, non dicit nisi ad probandum quod dicti Semiarriani substantiam divinam in Patre et Filio existentem distinguunt et separant per hoc quod ponunt eam unam conformitate et per hoc illos similes, et negant eam unam esse singularitate et similes
 475 illos esse secundum illam. |

E' 141^{rb}

I' 356^{ra}

Q 130^{ra}

Bad. 221^{vk}

Ad secundum: «*ubi non est distinctio fundamentorum, neque relationum fundatarum in illis*», dico quod verum est ubi non est fundamentorum distinctio neque secundum rem neque secundum rationem. Illic enim non est fundatio alicuius relationis omnino, sicut dictum est et sicut tangit argumentum. |

K" 176^{va}

Bad. 221^{vl}

Quod assumitur quod «*substantia, quantitas et qualitas non distinguuntur omnino in illis quae eis referuntur*», dico quod falsum est. In relationibus enim realibus distinguuntur secundum rem, et in rationalibus distinguuntur secundum rationem, ut patet ex dictis. |

Bad. 221^{vm}

Quod autem assumitur ad illius probationem quod «*super substantiam, ratione qua est substantia, simpliciter fundatur identitas, et similiter aequalitas super quantitatem, et similitudo super qualitatem, quia proprium est substantiae*

- Scarp. 1243a *secundum eam dici idem et | diversum»* etc., et «secundum quod huiusmodi
non distinguuntur omnino», dico quod illud non dicitur proprium illis quia
illud convenit substantiae simpliciter et quantitati et qualitati, scilicet 490
ratione generis et speciebus illarum per genus, – sicut relatio convenit
medicinae per suum genus quod est scientia, cui per se simpliciter et
primo convenit – sed illud dicitur quia identitas et diversitas non inveni-
untur nisi in substantia aut habente rationem substantiae. | Similiter 495
neque aequalitas et inaequalitas nisi in quantitate aut habente rationem
quantitatis. Neque similitudo nisi in qualitate aut habente rationem
qualitatis. Et sic proprium est quantitati secundum eam aequale vel
inaequale dici, et qualitati secundum eam simile vel dissimile dici, et
substantiae secundum eam idem vel diversum dici. Licet hoc non
conveniat illis nisi ut sunt unum et unum, diversa secundum rem vel 500
secundum rationem, et hoc in diversis relatis secundum rem aut secun-
dum rationem, secundum quod iam supra expositum est, quod non
esset si proprium esset illis ratione generis simpliciter ut procedit argu-
mentum. |
- Bad. 221^{vN} Quod arguitur «*specialiter ex eodem medio in divinis quod in tribus* 505
personis non est nisi una substantia, una quantitas, una qualitas, ergo nec una
identitas, una aequalitas, una similitudo», dico quod verum est secundum
rem. Non autem verum est quod sit tantum una secundum rationem,
sicut nec fundamenta sunt in personis unum secundum rationem. Quod
si essent unum secundum rationem sicut et sunt unum secundum rem, 510
tunc non solum diversae relationes secundum rationem non fundarentur
super illa, sed nec relatio aliqua omnino, ut patet ex dictis. |
- Bad. 221^o Ad dictum HILARII, quo medium videtur confirmari, dico quod
dictum HILARII non potest habere veritatem | nisi de identitate similitu- 515
dinis in virtute plenitudinis secundum rem in deitate quia illam accipit a
Patre in accipiendo fundamentum idem secundum rem similitudinis et
aequalitatis. Et sic accipit illam identitatem similitudinis et aequalitatis a
Patre in sua radice sed non in sua forma, nec secundum illam rationem
qua est in Patre ad Filium. Tunc enim ordine quodam naturae esset | illa 520
similitudo primo in Patre et secundo in Filio, quod est contra naturam
relationum quia debent esse simul natura. Unde non habet a Patre esse
similitudo aut aequalitas in Filio nisi per hoc quod | illarum fundamen-
tum habetur in Filio a Patre. Et tunc per hoc quod illud est duorum,
habent aequae primo similitudo et aequalitas esse in Patre et Filio, non
autem a Patre in Filio nisi radicaliter, ut dictum est, per suum fundamen- 525
tum. |
- Bad. 221^{vP} Ad tertium quod «*relationes distinctivae personarum | plures propriae et*
Scarp. 1243b *similes non possunt esse in divinis; quare multo minus possunt esse plures*
Bad. 222^{rP}

530 *communes similes non-distinctivae*», dico quod relationes non-distinctivae personarum et communes ac similes magis sunt distinguibiles inter se in divinis quam distinctivae personarum et propriae, eo quod distinctivae personarum quia reales sunt, nec habent fundamentum communicabile pluribus, prout superius est declaratum loquendo de propriis personarum, nullo modo plurificari possunt re aut ratione. Non-distinctivae
 535 autem personarum et communes, eo quod sequuntur personas distinctas et sunt secundum rationem et habent fundamentum communicabile | pluribus, plurificari possunt secundum rationem in pluribus. B" 153^{rb}

Nec est verum quod supponitur quod «*relationes non-distinctivae aliorum minus sunt distinguibiles inter se*», immo contrarium est verum,
 540 scilicet quod non-distinctivae aliorum, eo quod sunt essentiales et per hoc communes sicut et sua fundamenta in se magis sunt distinguibiles. Quia distinctivae aliorum non distinguunt illa sua propria distinctione, tunc enim essent magis distinguibiles quam aliae, sicut ponit argumentum, sed solummodo distinguuntur illa per comparisonem ad sua
 545 opposita, quae propterea singulis distinctis sunt propria. | Bad. 222^{rQ}

Ad quartum quod «*extrema relationis communis minus distinguuntur quam relationum communium genera quae non distinguuntur nisi secundum rationem, quare et illa extrema minus | distinguuntur quam ratione et sic nullo modo*», dico quod hoc non sequitur nisi posito quod differentia
 550 secundum rationem non suscipiat gradus secundum magis et minus, quod non est verum. Immo, ut dictum est, gradus recipit sicut et differentia secundum rem gradus recipit. Quando enim ambo, scilicet relationum communium genera et similiter extrema, inter se differunt secundum rem ut in creaturis, tunc magis differunt secundum rem
 555 genera quam extrema, ut aequalitas et similitudo quam duae similitudines inter mutuo relata, sicut magis differunt quantitas et qualitas quam duae qualitates aut duae quantitates. Quando | etiam ambo differant secundum rationem tantum, ut in divinis, magis secundum rationem differunt genera quam extrema. Sed quando genera differunt secundum
 560 rationem tantum, et extrema secundum rem ut contingit in identitate et substantiali aequalitate ac similitudine, tunc magis differunt extrema quam genera, sicut magis differt similitudo unius hominis a similitudine alterius, quibus similes | sunt in quantum homines sunt, quam differant similitudo et aequalitas quibus inter se sunt similes et aequales. Quartus
 565 modus contrarius huic est impossibilis, scilicet quod genera magis differant | quam extrema, quia | impossibile est quod genera diversa relationum inter se differant secundum rem, et extrema unius habitudinis illarum differant inter se secundum rationem tantum. | I' 356^{va}Scarp. 1244b

S' 261^{ra}
 Bad. 222^{rR}
 Scarp. 1244a

<QUAESTIO 4

UTRUM RELATA UNIFORMITER SINT ALIA AB INVICEM IN SINGULIS
REBUS ET IN SINGULIS RELATIONUM COMMUNIORUM GENERIBUS>

Circa quartum arguitur quod extrema habitudinum relationum
communiorum uniformiter sint ab invicem alia in singulis rebus et generi- 5
bus relationum communiorum. Primo sic: extrema dicta in singulis dictis
sunt alia ab invicem oppositione relativa; oppositio autem relativa
uniformis est in singulis dictis; ergo etc.

Q 130^{va} Secundo sic. Extrema dicta in singulis | sic se habent quod si
unum illorum est relatio secundum rem, et aliud; et si unum illorum ab 10
altero est aliud secundum rem et e converso; et si unum secundum
B" 153^{va} rationem tantum, et aliud; et si unum eorum ab altero est aliud | secun-
dum rationem et e converso, in quo est omnino uniformitas; ergo etc.

In contrarium est quod in aliquibus rebus et aliquibus generibus
sunt alia ab invicem secundum rem; in aliquibus autem secundum 15
Bad. 222^s rationem tantum in quo est magna diffinitas; ergo etc. |

<SOLUTIO>

Dico quod differt quaerere utrum dicta extrema uniformiter sint
alia ab invicem absolute, et utrum sint alia ab invicem in singulis rebus
et generibus relationum communiorum. Primo modo quaereret quaestio 20
Scarp. 1244b utrum sicut | primum illorum est aliud a secundo, sic secundum eorum
est aliud a primo. Et esset respondendum quod immo, quia si primum
illorum est aliud secundum rem, et secundum est aliud a primo similiter
secundum rem, et est aliud ab illo secundum rationem tantum, et reli-
quum e converso est aliud alio secundum rationem tantum, ut procedit 25
secunda ratio. Quia in eadem habitudine relationis non potest unum
extremorum esse relatio secundum rem et in alio secundum rationem.
Secundo autem modo est proposita praesens quaestio: utrum scilicet eo
modo quo differunt dicta extrema in una re, puta in divinis, eodem
modo differunt in alia, puta in creaturis; et quomodo differunt in uno 30
Bad. 222^{tr} genere relationum communiorum, sic et in alio. |

Et est dicendum quod non sic sunt uniformiter alia ab invicem
quod in singulis | rebus sint quaedam alia ab invicem secundum rem et
K" 177^{rb} alia secundum rationem, sicut hoc contingit de alietate relatorum relatio-
nibus communibus, ut expositum est in penultima quaestione praece-
denti. In divinis enim nulla extrema relationum communiorum sunt in ullo
genere alia ab invicem secundum rem, sed omnia in qualibet habitudi- 35

num sunt alia ab invicem secundum rationem tantum. In creaturis vero
in primo modo identitatis sunt alia | ab invicem secundum rationem Scarp. 1245a
40 tantum. In secundo autem modo et in duobus aliis generibus relationum
communium, scilicet aequalitatis et similitudinis, sunt alia ab invicem
secundum rem tantum et nequaquam secundum rationem, in quo est
magna | difformitas alietatis extremorum, ut procedit ultima ratio. Est Bad. 222^v
autem propria difformitas in divinis quod minor est alietas secundum
45 rationem extremorum in primo modo identitatis quam in secundo, et in
aequalitate et similitudine, ut est tactum in quaestione praecedenti. Alias
autem nulla est difformitas alietatis inter dicta extrema. | Bad. 220^x

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «*in singulis rebus et generibus est*
50 *omnino uniformitas* | alietatis dictorum extremorum quia *oppositio*
relativa», dico quod, secundum saepius tacta superius et in quaestionibus
de Q u o l i b e t, in relationibus est duo considerare: aliquid quod est in
eis ex ratione sui generis et est modus purus essendi ad aliud, et aliquid
quod est in eis ex ratione sui fundamenti et est id quod realitatis habent.
55 Et ex parte primi, | in relationibus nulla est differentia aut difformitas
omnino, quia in nullo modus ille diversus est in una relatione et in alia.
Et ex parte illius contingit oppositio relativa | extremorum relationis
inter se, quia ratione illius modi relationis esse est ad aliud se habere.
Propter quod omnino uniformitas est | in extremis cuiusque habitudinis Q 130^{vb}
60 alietas oppositionis relativae, quod scilicet unum extremorum non sit
omnino id quod relatum re et ratione, quae oppositio necessario contin-
git inter omnia extrema relationis, ut habitum est in quaestione praece-
denti. | Bad. 222^v
Ex parte autem secundi est difformitas in extremis, de qua proce-
65 dit ista quaestio, quia ex ratione fundamenti procedit quod quaedam
extrema differunt secundum rem, et quaedam secundum rationem;
secundum modum quo contingit quod quaedam sunt relationes secun-
dum rem, quaedam vero secundum rationem tantum, secundum quod
superius expositum est, et sic nihil ad propositam quaestionem de
70 uniformitate oppositionis relativae. | Scarp. 1246a